TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0902_II**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

BIANCHI

REGESTI

1300=37

902
II

DOCUMENTA
HISTORIÆ FOROJULIENSIS
SÆCULI XIII. ET XIV.

SUMMATIM REGESTA

A

P. JOSEPHO BIANCHI UTINENSI

Vol.

DOCUMENTA

HISTORIÆ FOROJULIENSIS

SÆCULI XIII. ET XIV.

SUMMATIM REGESTA

A

P. JOSEPHO BIANCHI UTINENSI

Vol.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1300.

1300. Anno Domini MCCC. Johannes Abbas et Conventus Rosacensis consilium habentes inter se, et videntes quod erat peccatum magnum quod talia edificia destruerentur et que edificata fuerant a Comite et aliis nobilibus et tota Provincia eo quod pauperes non reciperentur ibi in Hospitali, vocaverunt me Ossalchum et dixerunt mihi Ossalche, quod prius dixisti evenit nobis. Sicut tu es, jubes, dixit Johannes Abbas, et Conventus accipias Hospitalem et Ecclesiam, et habeas domos et omnem edificationem, et ponimus illud in possessione tua et in custodia tua et Abbas dedit tibi ad edificandas domos adjutorium. Postea precepit D. Nicolao et Vaugendo qui erant antiqui Monachi ut darent mihi omnes redditus Hospitalis; et similiter dedit mihi Prior Otho et D. Arnoldus. Omnes isti dederunt mihi in scriptis mansos et possessiones et decimas. Postea ego Ossalchus scripsi hec quod quomodo illi mihi dederunt redditus Hospitalis. A.c.M.c.

1300. 28 Februarii in civitate Austrie

Guarardus et Mirolius de Ajello recognoscunt bona que habent ab Ecclesia Aquilejensi in dicta villa de Ajello ad feudum ministerii ea pacto namque quod si contingat quod D. Patriarcha iturus esset ad Imperialem curiam teneantur sibi dare unum somarium. f. n. u. o.

1300 23 Aprilis Forgarie

D. Hector de Osopio miles electus in questionibus que vertebantur inter D. Albuinum et consortes ejus de Flagonea ex una parte, et D. Vargendum et filios ejus de Forgaria ex alia, talem dedit sententiam.

I si Domini de Flagonea affirmaverint a D. Patriarcha quod de jure habere debeant castrum in colle qui dicitur Castrum Raymundi, tunc predicti de Flagonea qui offenderunt dictum D. Vargendum de Forgaria proiciendo domos ipsius per terram et comburendo ipsas que erant in colle Castri Raymundi teneantur et debeant satisfacere et refacere dicto Vargendo et filiis ipsas domos ad estimationem bonorum virorum infra annum et diem.

II. ipse D. Vargendus et unus ex filiis ejus ire debeant Romam pro remissione animarum q.m D. Henrici et Rolandi filii ipsius usque ad annum et diem et si ipse D. Vargendus,

ree non potest, iure debeant duo ex filiis
ejus
III ipse D. Vargendus pro animabus D. Henri
ci et Adoardi assignet et solvat in perpetu
um Guardiano Fratrum minorum S. Antonii
de Glemona mediam marcham denariorum
dandam et expendendam pro male allatis sp
rius D. Henrici
IV. Si ipse Vargendus et filii offenderunt aliquo
tempore Azanzulinum in persona aut bonis,
ipse Azanzulinus pareere eisdem debeat nec
debet de causa ipsos aliquatenus offendere. Ipse
autem Vargendus solvat eidem infra annum
duas marchas
V Domini de Flagonea solvant D. Vargendo hinc
ad octo dies quadraginta denarios.
VI. Predicte partes habeant perpetuo ad invicem
bonam et legalem pacem nec unquam se
offendant.
Hermannus Not. Acuens
1300. in mense Junii. D. Nicola nepos D. Patri
Patriarche dedit D. Givardo de Camino locum
Sacili, et incontinenti recessit idem D. Ni
cola ad Terram suam. et D. Givardus te
nuit ipsum locum eo quod dicebat D Pa
tnum Patriarcham velle dare eundem locum
D Givardo de Castellis inimico D Givardi
de camino mortali. Propter quod orta est
werra inter D. Patriarcham, pavando

eisdem Communitatibus et pluribus Castella-
nis ex parte una, et D. Girardum de Ca-
mino et Comitem Goritie, quasi cum om-
nibus Castellanis ex altera. In tantum quod
depredaverunt omnem Terram Forojulii, et
villas combusserunt, Et in vigilia Assump-
tionis S. Marie positis insidiis nostris per
per eundem D. Girardum ultra flumen Li-
quentie nostri subcubuerunt; et mortui fue-
runt ibidem quamplures, et capti, inter quos
mortuus fuit Federicus de Rabignaco, et
Franca de Civitate; et in aqua mortuus fuit
filius D. Nicolai de Sadeio, et alii quam-
plures quorum numerus nescitur. Pax vero
reformata fuit et preconizata eodem anno
quarta die ante festum S. Martini

Chron. Iuliani.

1300 5 Iunii Aquileje

Texanus positorus monete Aquilejensis de
consensu et voluntate Magistrorum monete
Colovrantium ibidem creat Iohannem filium
Picardi Potestatis Aquileje publicum magistrum
monetarium ita ut a modo sicut antea dicti
arti officium exercere possit per universam
urbem. Iurat Iohannes predictus autem ipsam
fideliter et legaliter exercere et obligat ad hoc
omnia sua bona. Dictus vero Texanus nomine
suo et D. Petri Patriarche Aquilejensis eundem
Iohannem de prefata arte investit malleum

…ice actis in suis manibus leugiando

Gratulus not. A.C.C.O.

1300. 11 iunii

D. Silvanus Archidiaconus Aquilejensis Procurator et Sindicus D. Patri Patriarche, nec non D. Donatus Lombardo Procurator similiter et Sindicus D. Petri Gradonici Ducis et communis Venetiarum infrascriptis pactis et conditionibus pertinentibus inter illos concordiam instauraverunt

I. Omnes homines Venetiarum utriusque districtus erunt salvi et securi per totum Patriarchatum Aquilejensem in personis et bonis eorum, et e converso omnes homines Patriarchatus Aquilejensis erunt salvi et securi in personis et bonis eorum dummodo non vadant contra banna, statuta et ordinamenta Venetiarum

II. Si quis de locis aut portubus Forijulii agressus violentiam aut dampnum aliquod faceret in mare alicui hominum de Venetiis aut ejus districtus a portu Basilice ad portum Primarii, D. Patriarcha tenetur infra viginti dies postquam querimonia fuerit ad eum delata, facere et curare quod ablata restituantur et quod violentia in integrum emendetur. Et si hoc facere non posset debet infra alios viginti dies solvere talem dampnum de camera propria.

III D. Dux debet habere suum Vicedominum in Terra Aquilejae, ad faciendam rationem et justitiam omnibus Venetis, tali quidem ordine quod si aliquam sententiam tulerit contra aliquem qui non fuerit de jurisdictione D. Ducis Venetiarum ipse si voluerit, appellare possit ad D. Ducem. Et si Veneti habuerint aliquam controversiam versus hominem aliquem de jurisdictione D. Patriarchae possit si voluerit, appellare ad D. Patriarcham

IV Nullus homo potest facere testimonium contra Venetos, nisi Venetus

V Veneti qui dicuntur Portulani habeant licentiam accipiendi sine aliquo banno et alicujus contradictione et exportandi de Aquileja tantam bladam quae sit eis et eorum familiis sufficiens ipsam bladam Venetias tantum apportando.

VI Omnes Veneti apportantes salem, cepas et oleum in aliquam partem Forojulii et permutantes ipsum salem, cepas et oleum pro aliqua blada licentiam habeant sine banno et contradictione alicujus ipsam bladam portandi quocumque voluerint

VII Veneti Portulani pignorari non possint nec infra terminos inter Basiliam et Romaniam, nec in aliqua parte Forojulii nec inter eas communes ut erat discordia

VIII Si D. Imperator aliqua de causa aut ipse D. Patriarcha, ac etiam D. Dux praeceperint omnes

Venetos recedere debere a terra Patriarcha-
tus, & Patriarcha tenetur dare eisdem licen-
tiam et plenam securitatem tam in personis
quam in rebus eorum per quindecim dies us-
que ad portum Basilice, et Primaroli.

IX. Vicedominus D. Ducis qui erit in Terra Aquile-
je habeat quadragesimum de duabus stationibus
de una videlicet posita in ruga Drapperie et de
alia posita in foro S. Johannis. Preterea habere
debeat stateras, libras, mensuras et bullam in-
ter omnes Venetos et redditus earum perpetuo
pro sua utilitate nec debeat de suis bonis in toto
Patriarchatu aliquod datium persolvere, in quo qui-
dem fraudem non committat

X. Omnes offense, facte per Venetos in districtu
Patriarchatus puniri debent ab ipso Vicedomino,
excepta pena sanguinis que D. Duci tantum re-
servatur

XI. Veneti in toto Patriarchatu nullum tenean-
tur nec debeant datium persolvere, excepta muta
secundum usum, et casatico pro hospitio et rec-
to ficto de possessionibus secundum usum Terre
Aquileje.

XII D. Patriarcha remittit, cassat, irritat et tollit
omnia datia per eum, ejus Predecessorem aut
eius Officiales posita ubicumque super bladis, pan-
is et aliis lectis nec non super lignis, carbonibus
et aliis quibuscumque mercationibus et de cetero
non imponentur

XIII. Omnia alia data et novitates si que facte fuerint contra formam predictorum Capitulorum cassentur et revocentur

XIV. Strate omnes et flumina Patriarchatus erunt [illegible] libere et aperte mercatoribus et mercationibus.

XV. Si aliquis de subditis Patriarche inferret violentiam aliquam aut dampnum hominibus Venetis, D. Patriarcha debet de illis justitiam facere si aliquo tempore malefactor in suis terris inventus fuerit

XVI. D. Patriarcha pro se et Ecclesia Aquilejensi dare debeat et teneatur Ducatui Venetiarum duodecim panes quorum quilibet esse debeat unius sextarii de cellario ipsius D. Patriarche, et duodecim porcos omni anno, et suis expensis dictos duodecim panes et duodecim porcos mittere debeat usque ad palatium D. Ducis Venetiarum

c. P. c.

1300 16. julii Utini.

Commune Utini mittit litteras ad Commune Glemone pro consilio Communitatum quod fieri debebat in Portunaono.

ex lib. Camer. B

1300 1° Augusti

Mandatur Patriarche qui erat in S. Vito [illegible] comitem de Ortemburg [illegible] pecunias

ex lib. Camer. B

1300 1° Augusti Utini

Magister Conradus missus est ad D. Albertum comitem Goritie pro illis qui capti fuerunt ab illis de Belgrado quando veniebant de S. Vito

Ex lib. Cam. 8

1300 13 Augusti

D. Jacobus Abbas Monasterii de Sesto misit D. Potestati et Communi Tarvisii tres homines causa destruendi quoddam Castellum quod D. Petrus Patriarcha Aquilejensis fieri faciebat per medium Medune, super territorium Tarvisii

Verci 422

1300 13 Augusti In Civitate Austrie

Sententia Civitatis per sententiam definivit quod homines de Grupignano debeant facere gradicias et appertinentia ipsi Civitati in bando de Toglano tamen solum in utilitatem Terre, et non sperarum salvo semper jure illorum de Butrio et de Moymaco dato scilicet quod jus habeant in praedictis

Bellon. 8

1303 10. Septembris

D. Meynardus Comes de Ortemburch, qui factus fuerat Capitaneus Generalis per D. Petrum Patriarcham, venit in Forumjulii videlicet in Civitatem in subsidium D. Patriarche et Aquilejensis Ecclesie, contra D. Gerardum de Camino Comitem Cenete, et quasi contra

omnes Castellanos Tarvisii decima die intrante Septembri. Qui elevavit Villaltam in festo S. Mathaei Apostoli, et fecit eis magnum damnum.

Chron. Intanii.

1300 ... Utini

Petrus Patriarcha rescribit Johanni de Zuccula, Paulo Gastaldioni consilio et Communi civitatis Austriae se recepisse literas a D. Alberto Comite Goritiae in quibus continebatur quod in discordia quae erat inter ipsum D. Patriarcham et D. Girardum de Camino libenti animo et fideliter vellet interponere partes suas, non parcens laboribus et expensis sed petebat ante omnia quod treguas fierent inter illorum, aliter non attenderet in hujusmodi negotio laborare. Quare petit ut deliberatione inter eos habita, consulant quod in hac parte sit expediens.

Robeis 805

1300 ... Utini

Jacobus Baxie, Leonardus de Aquileja, Hermannus de Tricesimo et Daniel Vecius missi sunt ad D. Comitem, ad colloquendum pro pace.

Ex Lib. Camer. c

1300 Utini

D. Odoricus de Ultra bis equitavit Valvasonum ad D. Girardum de Camino occasione concordiae.

Item equitavit usque Cormonum ad

D. Albertum Comitem Goritie occasione concordie

Item equitavit Carmonum ad D. Comitem una cum D. Asquino de Varmo cum tractabatur de pace

Item equitavit iterato Carmonum una cum D. Asquino cum lata fuit sententia pacis inter D. Patriarcham et D. Girardum de Camino

Item equitavit Cavalanum, et de Cavolano Sacilum causa faciendi consignare Terram Sacili Dominis Federico de Voyma et Nicolao de Prodvie

Item equitavit Tarvisium ad D. Girardum de Camino causa faciendi relaxari captivos et observari sententiam latam per D. Albertum Comitem et D. Asquinum de Varmo

ex lib. Camer. a.

1300

D. Petrus Patriarcha ex una et D. Girardus de Camino parte ex altera se compromittunt in D. Albertum Comitem Goritie et in D. Asquinum de Varmo, pro quibus se plures fidejussores constituunt promittentes se non adesse D. Patriarche si recusavit observare sententiam ex hac causa faciendam

Varii XXI.

300 27 Octobris in platea Sacili

D. Gerardus de Camino Terram Sacili
cum domibus et fortaliciis omnibus juxta
tractatus habitos inter Reverendum Patrem
D. Petrum Patriarcham Aquilejensem et D.
Blanchinum de Feltro procuratorem ipsi-
us D. Gerardi nobilibus Dominis Federico
de Varmo et Nicholao de Andreia libe-
re et pacifice assignavit et dedit, tra-
dens eisdem Terre in eorum manibus
assignando. Qui eas receperunt nomine D.
Patriarche et Aquilejensis Ecclesie ut in
pacto habito in compromisso plenius conti-
netur Verci. 423

1300 29. Octobris In Villalta sub ulmo.

Federicus, Maynardus et Iohannes de
Villalta fidejussores pro tota de pena que
in compromisso continetur, jurant ad sancta
Dei Evangelia quod si D. Gerardus senten-
tiam non observaverit per D. Albertum
Comitem Goricie et D. Asquinum de Var-
mo latam non astabunt eidem D. Gerardo con-
tra D. Patriarcham auxilio vel favore

Verci 424

1300 30 Octobris in Castro Cucanee

Conradus Varnerius et Adalpretus de Cuca-
nea securitatem prestant quod D. Gerardus de
Camino observabit sententiam faciendam
per D. Comitem Goricie, et Asquinum de

varum arbitros super facto Sacili; protestantes se non astare D. Girardo in aliquo D. Girardus fuerat quod fuerit [illegible] de Cucanea. Verci, n. 23.

1300

D. Girardus de Camino se supponit mandatis D. Patriarchae super damnis illatis Ecclesiae Aquilejensi et D. Patriarcha absolvit ipsum D. Girardum ab excommunicatione [illegible] juraverunt parere mandatis D. Patriarchae super damnis illatis Patriarchatui. Verci, n. 21.

1300

D. Warnerius de Cucanea, Henricus de Ziliaco et Rodulfus de Caporiaco juraverunt fidelitatem D. Petro Patriarchae, et fuerunt absoluti ab eo quod adhaeserant D. Girardo de Camino contra Ecclesiam Aquilejensem. Verci n. 21

1300 20 Novembris in Turno superiori

Franciscus de Sacco sub pena novaginta novem marcharum denariorum promisit hominibus Tarvorum superioris et inferioris quod manutenebit eos in tali usu Ratione in qua erant sub Leonardo ejus patre: quod de cetero, vola et sfortio ac omnibus aliis eos non maletractabit et quod ponere possent massarios et tenere rationem secundum predictam consuetudinem. c.f.c.

1300. 25. Novembris. Romę.

Quatuor Archiepiscopi et quatuordecim Episcopi singuli singulos dies quadragenas de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxant omnibus vere penitentibus et confessis qui statutis diebus devotionis ac orationis causa annuatim accesserint ad Capellam S. Andreę Apostoli de Verona, aut ad fabricam, structuram ac reparationem ipsius manus porrexerint adiutrices C. P. c.

1300 25 Decembris Romę

Sanctissimus Papa Bonifacius VIII qui destruxit illos de Columna totaliter, et civitatem illorum et castra dirui fecit, concessit et dedit omnibus vere penitentibus et confessis qui limina Sanctorum Apostolorum visitabunt a festo Nativitatis Domini MCCC usque ad annum unum, et etiam qui stabunt Romę continue diebus quindecim visitando singulis diebus loca sancta, indulgentiam omnium peccatorum, excepto peccato usurę. Ad quam indulgentiam ivit populus sine numero

Chron. Iuliani

1300

Ego Ossalchus tenui Ecclesiam et Hospitale de Rocacio per quadraginta quatuor annos. Hospitale illud erat in magna devotione temporibus meis, et eorum qui hodie sunt anno Domini millesimo et trecentesimo. Iohannes Abbas et Conventus Veronensis consilium habentes inter se, et videntes quod erat peccatum magnum quod talia edificia destruerentur, et quod edificata fuerunt a comitibus et aliis nobilibus, et a tota provincia, et quod leprosi et pauperes non tenebantur ibi in Hospitale, rogaverunt me Ossalchum et dixerunt mihi: O Ossalche, quod prius dicti erant nobis, sicut tu se [illegible] dixit Iohannes Abbas et Conventus, accipias Hospitale et Conventum et habeas domos et omnes edificationes, et ponemus illud in possessione tua et in custodia tua, et Abbas dabit tibi ad edificandum domus ad laboratorium. Et postea precepit B. [illegible] et B. Vergendo, qui erant antiqui monaci, et darent mihi omnes redditus Hospitalis, et similiter dedit mihi Peter Abbas et B. [illegible] omnes isti dederunt mihi in scriptis mansos et possessiones et decimas. Postea ego Ossalchus scripsi hoc quod mihi illi quatuor dederunt redditus Ecclesie et Hospitalis. C. F. C

1301

1301. 15. Januarii Utini

Ex deliberatione Consilii missus fuit Leonardus de Aquileja et inveniret domum pro Ambaxiatoribus qui iverint ad Colloquium D. Patriarche factum Aquileje

ex lib. Cam. 6

1301. 10 Februarii

D. Hermanus ivit Maranum ad D Patriarcham ubi debebat facere Colloquium.

ex lib. Cam. 6

1301. 12. Februarii Utini

Petrus Patriarcha infirmus corpore, tamen mente et animo bene sanus in supreme sue voluntatis codicillo voluit et mandavit ut si contingeret eum mori in Utino corpus suum sepeliatur in Ecclesia S. Marie Castri Utini. Ceterum in quacumque Ecclesia ponatur corpus suum fiat eidem pulchra sepultura. Voluit deinde et mandavit quod fiat ei quolibet anno in die Anniversarii sui officium solemne in missis et Vigiliis celebrandis ad hoc destinando proventus decem marcharum ex redditibus bonorum per eum in Foro emptorum. De Rubeis 806.

1301. 19 Februarii Utini.

Venerabilis Pater D Petrus Patriarcha

Aquilejensis obiit in castro Utinensi die decima secunda Februarii, et sepultus fuit ibidem in capella S. Mariæ

Chron. Iuliani

1301. 19. Februarii Utini

Ex parte D. Philippi Archiepiscopi Ravennatensis Apostolicæ Sedis Legati præcipitur D. Lipaldo Canonico ac Custodi Majoris Ecclesiæ Civitatensis quatenus singulis diebus Dominicis et festivis, denunciet publice excommunicatos D. Decanum et Capitulum Aquilejense eo quod non desistebant a molestatione quam inferebant Rolando Bonelquarii et sociis mutariis de Clusa et Tumetio qui mutas ipsas detinebant tanquam sibi obligatas per D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem et usque ad plenam satisfactionem quorundam debitorum eisdem concessas. A.C.C.U.

1301 19. Februarii. Utini

Frater Bernardus Guardianus Fratrum Minorum de Utino coram publicis et honestis personis solemniter protestando proposuit quod cum D. Petrus olim Patriarcha volens saluti suæ animæ providere, proprio motu ac spontanea voluntate ob reverentiam quam habebat ad Ordinem, et ut anima ejus frequentiora sentiret misteria Christianorum, apud locum S. Francisci de Utino penes Fra-

tres Minores sibi sepulturam elegisset, et post electionem illam pluries requisitus, clara et sincera dispositione persistens semper respondit id idem: propter quod ob reverentiam Dei ac sanctę matris Ecclesię et Patriarchalis Sedis ac ipsius D. Patriarchę, qui de dictis Fratribus semper quam plures in sua familia retinebat, ac in eorum manibus transmigravit, paratus erat ipse Frater Bernardus pro conventu suo eorumque dicti D. Patriarchę, accipere et honorifice illud tradere Ecclesiasticę sepulturę, denuntians praedicto Petro Rectori Capellę S. Marię de Castro Utini et suis clericis ibidem existentibus, ne per se aut laicalem potentiam cum molestet seu prohibeat quod adimpleat pium propositum ipsius D. Patriarchę, et quia ob ejus oppositionem sibi et conventui suo, ut notum est, violentiam inferre non cessant ita ut damnum sibi et ejus Ordini illatum aestimari possit ad quinquaginta marchas, ad D. Papam appellat, supponens se, Conventum, Ordinem et causam suam defensioni et protectioni Apostolicę Sedis. A D u o·

1361 21 Februarii in Castro Glemonę.

Petrus de Zacharoto Capitaneus Glemonę cui per Decanum et Capitulum Aquilejense commissa fuerat custodia castri dictę Terrę de Glemona, pro bono statu

utilitate et honore D. Patriarche qui pro tempo-
re fuerit, dicti Capituli Aquilejensis et Com-
munitatum Aquileje, Civitatis, Utini et Sla-
mone, ac etiam totius Terre Forijulii, promi-
sit dare ac solvere unicuique ex XXI sti-
pendiariis quos comparavit hinc inde, de-
cem et octo florenos aureos et expensas
ad sex menses proximos tali conditione
ut si ipse deberet recedere de castro Sla-
mone ante dictum terminum illi tamen
recipere debeant quod sic promissum eis
amsi Patriarcha qui fuerit aut Capitulum
Aquilejense eos usque ad dictum termi-
num tenere valent. A.C.U.C. Herman. not.

1301 22. Februarii. Utini

Iudicamus mittere Aquilejam rogatum
D. Decanum et Capitulum ut essent concor-
des in electione Domini

ex Cit. Cam. a.

1301. 24. Februarii

Mortuo D. Petro Patriarcha, Capitulum
Aquilejense convenerunt de electione faci-
enda in festo S. Matthie Apostoli, et
elegerunt in Patriarcham omnes Canonici
D. Paganum de la Turre, nepotem quondam
D. Raymundi Patriarche, Decanum Aqui-
lejensem, exceptis D. Iacobo Episcopo Con-
cordiensi et Sylvano de Attalea Archidia-
cono Aquilejensi, et Odolrico de Slamona

canonico Aquilejensi, qui postulaverunt D. Ottonem de Ortenburch Praepositum Brixinensem. Qua electione et postulatione celebrata, tunc unanimiter elegerunt D. Gvidonem de Villalta, canonicum Aquilejensem, Vicedominum generalem. Qui D. Vicedominus cum vellet Castaldias dare, sicut erat consuetudo, communitates Civitatensis, Utinensis et quidam alii nolentes sibi dimittere, quia dicebant se emisse a D. Petro Patriarcha dictas Castaldias, et sibi solvisse pro ipsis; orta est guerra inter Communitates ex parte una, Vicedominum cum Castellanis ex altera. Qua de causa combusserunt villas, et depraedati sunt omnia ubicumque poterant recipere. Chron. Juliani

1301. 24. Februarii Aquilejae.

D. Ludovicus Vicedecanus et Capitulum Aquilejense super hoc specialiter congregati committunt D. Gvidoni de Villalta ejusdem Ecclesiae Canonico officium Vicedominatus usque ad beneplacitum ipsorum cum conditionibus infrascriptis.

I. Fideliter exerceat omnia quae spectant ad Officium ipsum et de omnibus reddat rationem futuro Patriarchae et dicto Capitulo.

II. Non investiat aliquam Castaldiam, sed intromittat eas.

III. Si quis dixerit se habere jus in dictis Castaldiis statuat ei terminum ad comparendum et docendum de jure suo, nec [illegible]

hoc ulterius procedat. et si quis non preten-
derit se habere ius in aliqua Castaldia possit
de illa providere.

IV nominem gravabit indebite, nec contra
aliquem procedat nisi laude et justitia medi-
ante.

V conservabit dictum Capitulum indempne
si Patriarcha petat ab eis rationem sue ad-
ministrationis.

VI si contingerit Vicedominum aliquas expensas
aut aliqua alia facere de mandato dicti Capitu-
li ad hoc specialiter convocati, Capitulum
super hoc conservabit eum indempnem.

VII Vicedominus se non intromittat de commis-
sione castrorum seu fortilitiorum Ecclesie
Aquilejensis.

VIII Vicedominus habeat salarium viginti mar-
charum pro qualibet mensa et de hoc de-
beat esse contentus.

Que omnia dictus D. Guido Vicedominus atten-
dere et observare juravit tactis sacrosanctis
Evangeliis. A.C.C.A.

1301. 1° Martii in Civitate Austrie.

Jacobus Episcopus Concordiensis, Sylvanus Ar-
chidiaconus et Odorlicus de Glemona Canonici
Aquilejenses ordinant et constituunt ma-
gistrum Johannem de Tolmino Plebanum de
Aviano eorum nuntium et procuratorem
ad ratificandum D. Matheo Episcopo Portuensi

Apostolice Sedis legato postulationem per eos
factam de persona magnifici viri D. Othonis
Comitis de Ortenburch Prepositi Bolzanensis
ad Patriarchatum Aquilegensem et ad denun-
ciandum eidem quod si ipse D. Legatus vellet
in facto electionis celebrate de D. Pagano Tor-
na Aquilejensi in Patriarcham Ecclesie Aqui-
lejensis procedere, ~~quod~~ ipsi parati erant ad
impugnandam electionem predictam et ad e-
orum postulationem prosequendam. Auton. Nol.

C. R. C.

1301. 6. Martii. in Civitate Austrie.

Magister Benedictus de Sancta Maria
la Longa assumit sibi in socium magi-
strum Thomam de Turri Sorrea Catalanum
infrascriptis conditionibus

I Magister Thomas erit in scholis magistri
Benedicti et cum ipso legit in Grammaticali-
bus a festo S. Georgii ad festum S. Mi-
chaelis et deinceps ad unum annum im-
mediate sequentem et inter eos equali-
ter condividant totum lucrum quod ac-
quirere poterunt a scholaribus eorundem

II. Magister Benedictus ultra perceptionem
predicte partis scholarium dabit Magistro
Thome pro recompensatione sui laboris pre-
terito modo anno duas marchas denariorum;
et dabit tres marchas pro anno futuro sta-
tim ac recipiet a Commune Civitatis suum salarium

III. Magister Thomas per predictum medium annum fideliter juvabit ipsum magistrum Benedictum in docendo et corrigendo scholares et singula in studio necessaria faciendo, et leget institutiones et summam Artis Notarie.

IV Si idem magister Thomas voluerit morari in hospicio quod eidem magistro datur per Commune Civitatis, magister Benedictus dabit sibi locum competentem, et si vellet alibi esse, inveniat aliam domum propriis expensis. Arch. not. l. 7. c

1301 3 Aprilis. Urbini

Iacobus Baccie missus fuit Eoutidam ad D. Comitem pro facto Terre ut possit esse in pace. Ex Lib. Camer. O.

1301 3 Aprilis Urbini

Scribitur Capitulo Canonicorum Agiellensium ut ponerent pacem et concordiam juxta posse eorum inter Vicedominum et homines Terre. Ex Lib. Camer. O

1301 4. Aprilis Urbini

Simon notarius missus fuit primo ad D. Actiguam de Castello et postea Agiellam pro facto illorum qui sine culpa capti fuerant a Vicedomino. Ex Lib. Cam. O.

1301. 18. Aprilis. Stamane

Gertrudis vidua Purzitini veniens in Ecclesiam Plebis de Stamana ubi jacebat cor

pus accto dicti Basello protestavit dicens quod dictus Basellus dampnificaverat eum bene in XII marchis; unde petebat sibi satisfieri per filium suum. Quo denegante, contradixit Sacer. dotibus ex parte D. Papae et Romanae Ecclesiae, et D. Patriarchae futuri et dominae Aquilejensis ut ei sepulturam non darent donec ei non fuerit satisfactum. Acvic

1301. 1° Maii. Utini

Jacobus Borio et Simeon Notarius missi fuer. ad Capitulum denuntiatum illa quae Vicedominus fecerat seminando discordiam, cum concordiam deberet gerere. Ex Lib. Camer. c

1301 7 Maii. Utini

Missae sunt litterae per castra ut venirent ad Colloquium generale quod convocari debebat in Civitate Austriae. Ex Lib. Camer. c

1301 5 Junii

Elevatus fuit Capitaneus D. Henricus Comes Goritiae per ipsum Capitulum Aquilegiense et Castellanos die quinta intrante Junio.

Chron. Julian.

1301 8. Junii. In Civitate Austriae

Cum in Rengo totius Civitatis et Communis Civitatensis D. Acquinus de Varma electus fuisset in Potestatem dictae Terrae, juravit officium praedictum Potestariae ad honorem futuri Patriarchae, Ecclesiae Aquilejensis et Civitatis fideliter et legaliter exercere, et emenda et

singula facere quę ad dictum spectant Officium hinc ad octavum festum S. Michaelis. Et homines Terrę equites et pedites juraverunt pariter astare sibi tanquam rectori Potestati et eum defendere usque ad dictum terminum. Ita quod regat se cum consilio cum voluntate et consilio sibi deputati, salvo si ante venerit D. Patriarcha vel ejus Vicarius generalis. Rubeis 810

1301. 19. Iunii

Civitatenses cum gente Comitis de Ortemburch intraverunt villam de Fagedis, et ipsam combusserunt omnia inde auferentes et combusserunt totam villam et vastaverunt

Chron. Julian.

1301 19 Iunii

Iverunt Utinenses cum Theatensis ad villam ... et ibi ceperunt multos homines, et depredati fuerunt totam villam cum territorio ejusdem villę: et tunc tota Terra Forojulii tam ex parte una, quam ex alia fuit destructa totaliter. Que guerra et discordia in festo Exaltationis S. Crucis, tractatu D. Maynardi filii D. Alberti Comitis Goritię fuit pacificata: et facte fuerunt treuge eadem die usque ad festum Circumcisionis Domini futurum. Chron. Juliani.

1301. 19. Iunii. in Civitate Austrię

Aquinus de Varmo Potestas, Paulus Fas-

1301. 11. Iunii in Civitate Austrię

In aurora diei fuit magnus Terremotus, et circa nonam semel, et post Vesperas, tertio eadem die, et in sequenti nocte post mediam noctem semel. Chron. Julian.

taldio et Consilium Civitatis una cum nobilibus viris Johanne de Zucula et Federico de Pers ordinant et constituunt eorum Procuratores et Sindicos Dominos Henricum de Portis, Guillelmum de Scaliola, Conradinum q. Philippi et Virgilium de Civitate ad faciendum pacem, concordiam et treguas super discordia que erat inter D. Vicedominum et suos coadjutores ex parte una et Communitatis ex altera. Antea Not. c. f. c.

1301. 22. Junii in Civitate Austrie

Paulus Gastaldio Civitatis et Nicolaus Advocatus, nec non Petrus Comis Gastaldio Austrie ordinant et constituunt Dominos Henricum de Portis, Guillelmum de Scaliola, Conradinum q. Philippi et Virgilium de Civitate eorum Procuratores et Sindicos super Gastaldia et Advocatia Civitatis et Gastaldia Austrie nec non super omnibus questionibus que erant esse poterant a tempore D. Petri Patriarche inter Guidonem de Villalta Vicedominum Patriarchatus Aquilejensis ex parte una, et ipsos ex altera; et ad compromittendum in D. Bertoldum de Tricano. Et eodem die Thomasius de Rubignaco occasione Gastaldie Manzani facit similem procuratorium. Ant.a Not. c. f. c.

1301. 23. Junii in Civitate Austrie.

D. Paulus Gastaldio Civitatis ex parte D. Guidonis de Villalta Vicedomini Patriarchatus Aquilejensis

fuit publice proclamari quod pax erat facta
inter dictum Vicedominum et Communita-
tes et quod omnes debebant illam observa-
re. Sed tamen Henricus de Portis, Guillelmus
de Scarlato, Corradinus D. Philippi et Ulrichinus
de Civitate Procuratores et Sindici D. Gastaldio-
nis, Consilii et Communis Civitatis et Domino-
rum Iohannis de Zucola, Nicolai Advocati
Petri Canis et Thomasii de Rubignacco prote-
stati fuerunt quod occasione huiusmodi procla-
mationis et pacis nolebant eis in aliquo
preiudicari quominus possent petere et
exigere que eis debebantur de damnis illa-
tis et iniuriis, de bonis ablatis et aliis
que habebant petere modo quocumque.

Anton. Not. C.F.C.

1341. 26 iunii in Civitate Austrie.

Infrascripti absolventur qui vinculis soluti abire
possent se defendere fecerunt securitates in ma-
nibus D. Aygulini de Varmo Potestatis Civitatis

Zanutinus de Scarlato pro eo quod recessit
a Civitate et iuvit Manzanum existente guer-
ra

Henricus de Buriano pro eo quod sine li-
centia iuvit ad Vicedominum

Zanutus de Rubignacco pro eo quod sine
licentia iuvit Faganeam

Alemannus de Villesio et Pancetinus de
Utino pro eo quod iuverunt Manzanum sine licentia.

Ant. Not. C.F.C.

1301 29. Iunii In villa S. Odorici.

Henricus Comes Goricie cum Capitulo Aquilejensi ad hanc pactionem accessit

I Postquam se intromiserit de Officio capitaneatus Patriarchatus Aquilejensis contentabitur pro suo salario de mille libris Veronensium parvorum pro qualibet mense quo durabit officium Capitaneatus hujusmodi, sibi persolvendis per Vicedominum de bonis Aquilejensis Ecclesie

II Officium Capitaneatus finiet quam cito Patriarcha intraverit Terram Forojulii per se vel suum Vicarium

III Si pro eo quod electus est Capitaneus aliquis impetierit aut molestaverit Capitulum, D. Comes eum defendet toto suo posse cum omnibus suis amicis

IV · praedictum salarium casu aliquo solutum non fuerit, non habebit regressum contra Capitulum vel bona ac jura ipsius, sed tantum contra bona Patriarchatus Aquilejensis

V sine mora recuperabit bona et jura Aquilejensis Ecclesie, et ea que subtracta aut ablata fuerint Capitulo a die obitus D. Petri Patriarche, reducet in manibus et potestate Capituli: Castra autem et fortilitia Aquilejensis Ecclesie et Gastaldias, mutas et officia spectantia ad Vicedominatum reducet in manibus et potestate Vicedomini

VI Non petet per se vel gentem suam Castrum

aut fortilitium aliquod Aquilejensis Ecclesie nisi
foveam fortilitium de Campejo de prope Sofum-
berch quod occasione aliqua aut pretextu non
retinebit sed dimittet statim ac Palatinatu vel
ejus Vicarius venerit in Terram Forijulii

VII Jura Aquilejensis Ecclesie de Istria fadet
per se et suos dimittet Capitulo et Vicedomino
libere et quiete usque ad adventum Patriarche
Aquilejensis vel ejus Vicarii in Forumjulium

VIII Capitulum Aquilejensis Ecclesie et ejus bona
et jura communia et specialia defendet.

IX. Defendet illos de la Turre et suos familia-
res a violentiis, et eos juvabit ad recuperan-
dum sua bona et jura.

Odolricus de Valvasone vol. A.I.# a.

1301. 30. junii. in Civitate Austrie

D. Iohannes de Zuccola coram D. Asquino
de Varmo Potestate et Paulo Sacerdotibus Civi-
tatis Austrie et aliis rogavit D. Bernardum
Decanum Civitatensem et D. Federicum Cano-
nicum ut facerent D. Henricum Comitem Go-
ricie, Capitaneum Forojulii Ant. vol. C.F.C

1301 3. julii. in Civitate Austrie

In vigilia S. Udalrici fuit in Civitate
et circa Civitatem tempestas tam magna
que quasi destruxit omnia circa Civitatem
et fuit grossa sicut ova Chron. Julian.

1301 4 julii. in Civitate Austrie

Asquinus de Varmo Potestas, Paulus

Eustaldis, Consilium et quidam Equites de Civitate faciunt et constituunt Dominos Henricum de Portis, Cavalucium D. Philippi, Leonardutium q. Warneri Schenke, Candidum de Camuscia et Nicolaum Advocatum suos et Communis Civitatis certos nuntios, sindicos et procuratores ad conveniendum cum Communitatibus Utini et Slavoney et tractandum pacem et concordiam si fieri potest cum D. Henrico dicto Gardilis, sin autem cum D. Maynardo Comite de Ortemburch tractandum omnem viam defensionis quam cum Communitatibus Utini et Slavoney viderint expedire

Act. Not. c. f. c.

1301 20. iulii In Civitate Austrie.

Magnificus vir D. Maynardus Comes de Ortemburch Patriarchatus Aquilejensis Capitaneus generalis convenit cum D. Mussatto de Civitate Capitaneo in Krisperch hoc modo

I Sub pena mille marcharum denariorum conservabit eum indempnem atque expediet si per Capitulum Aquilejense vel futurum Patriarcham aliqua lite aut questione dictus D. Mussatto molestetur de eo quod Castrum de Krisperch aperiat ipsi D. Comiti et sue genti, vel de suo mandato gentibus Communitatum Civitatis, Utini et Slavoney ad faciendum guerram inimicis

II Sumptus que mittuntur et erit in Krisperch obediat ipsi Mussatto tamquam Capitaneo dicti loci nec ipse locus auferatur ei per eas

III. Non faciet pacem neque treguas nisi discordia quam ipse Mucattus habet cum D. Ugone de Duino et Ricardo de Petrapilosa interposita fuerit in dicta pace aut treguis

IV Si Reverendus Pater D. Otto frater ipsius D. comitis erit Patriarcha sibi satisfaciet de expensis quas fecerit pro custodia dicti castri et de dampnis quae provenerit ex dicta causa

Pro dictis nullo mandatis se fidejussores constituerunt D. Iohannes de Zuccola, Procuratores de Civitate et alii de dicto loco promittentes quod per gentem suam per Communitates rebellantur (?) spergam dictus locus sibi non auferetur et quod obediet dicto Mucatto. Sin propter idem Mucattus juravit recipere dictam gentem in castro de Antiquech et inde guerram facere indebitis. Ant. Not. C. P. e

1301 26. iulii. In Civitate Austrie

D. Paulus Gastaldio, Consilium et Commune Civitatis Austrie constituunt et ordinant Dominos Henricum de Portis, Candidum de Canussio, Guilelmum de Sacileto, Thomasium de Rubignaco, Fulcherium de Savorgnano et Nicolaum Advocatum de Civitate certos Nuntios et Procuratores super discordia, lite et guerra quae vertebatur inter D. Silanum Vicedominum Patriarchatus Aquilejensis ac magnificos viros D. Henricum Comitem Goritie et D. Gerardum de Camino et eorum sequaces et

coadjutores, ex parte una, et Magnificum virum D. Meynardum Comitem de Ortemburch, Patriarchatus Aquilejensis Capitaneum generalem et Communitatis Utini, Glemone, et Civitatis et earum coadjutores ex parte altera ad tractandum, faciendum et complendum una cum dicto D. Comite Meynardo et hominibus seu sindicis Utini et Glemone pacem, concordiam et compositionem si commode esse poterit; sin autem ad inveniendum, tractandum et complendum omnem viam, modum et formam defensionis ad resistendum earum injuriis et ad manutenendum et conservandum suos honores, jura, commoda atque status. Ant. Not. etc.

1301. 7. Septembris, Utini

I. Dietricus Notarius de Utino ordinavit in suo Testamento in primis quod in majori Ecclesia S. Marię de Utino apud quam sibi sepulturam elegit construatur de infrascriptis bonis, quę legavit unum altare ad honorem Dei et Sanctorum Martirum Hermacore, et Fortunati, et quod de eisdem bonis ematur unus calix et paramenta omnia necessaria ad usum unius Sacerdotis in celebratione Missarum. Bona autem quę legavit sunt hęc videlicet mansus suus de Pasilano Sclavanesco et Bonida de Utino sita juxta S. Petrum de Tavella et campus situs juxta stratam per quam itur Villaltam.

II. Sacerdos qui instituetur ad celebrandum

officiorum in Altari predicto teneatur una cum aliis in Ecclesia supradicta dicere quotidianum Officium, et insuper celebrare perpetuo in dicto Altari et illam dicere Missam quam ipse per singulos dies specialiter indicavit.

III De redditibus et proventibus dictorum bonorum sibi legatorum memoratus Sacerdos tenetur annuatim dare et distribuere in elemosinis pauperum pro Anniversario dicti Octoboni tres starios frumenti in pane et unum starium fabarum mera solita conditorum et insuper medium marcham denariorum cuidam canonicis et sacerdotibus qui intervenient Vesperis vigiliis et Missae Anniversarii supradicti.

IV. Item Sacerdos pro illuminatione altaris predicti percipiat portione annuatim redditus et de censum sexaginta denariorum solvendorum eidem super domo Martini Stramonii.

V. Institutio et destitutio legitima et correctio Sacerdotis predicti spectat ad Castaldum qui pro tempore fuerit in Ecclesia supradicta. Canussio [illegible]

1301. 7. Septembris. In Civitate Austriae

D. Aquinus de Varmo Potestas, D. Guilelmus de Sacilato Vicegastaldio Consilium et Commune Civitatis Austriae constituunt et ordinant Dominos Fulcherium de Savorgnano, Candidum de Cavarrio, Philippum D. Quarcii, Iohannem D. Salanzani et Nicolaum Adeotum de Civitate suos nuntios, sindicos et

Procuratores ad conveniendum cum hominibus Utini et Glemone, et aliis eorum amicis, et ad constituendum Magnificum virum D. Maynardum illustrem Comitem de Ortemburch in eorum Capitaneum generalem usque ad adventum futuri D. Patriarche, vel ejus Vicarii in partes Forojulii nec non ad providendum de ejus salario et ad obligandum et constituendum ibi pro rata partem dicti salarii dicto Communi contingentem et faciendum omnia et singula que in predictis et circa predicta fuerint opportuna. Ant. Not. c 7 e

1301 3 Octobris

Conventio firmata per D. Petrum de Cachovala Capitaneum tunc Glemone, et D. Constantinum de Utino cavet ut sequitur

1 Ad honorem et bonum statum Patriarche, [?] Ecclesie Aquilejensis Petrus dare et assignabit Castrum de Glemona Communitatibus Utini, Civitatis et Glemone pro pretio marcarum denariorum quarum quinquaginta erunt communitatis Civitatis et Utini, et alie quinquaginta communitatis Glemone.

II. D. Constantinus faciet quod Commune de Utino sub pena ducentarum marcharum e obligabit dare et assignare castrum predictum de Glemona D. Patriarche qui fuerit vel ejus Vicario et petierit salvando tamen dictus Patriarcha aut ejus Vicarius dictis

communitatibus predictis centum marchas nec
non expensas que facte fuerunt per ipsas com-
munitates in custodiendo et servando dic-
tum castrum

III commune Ulixe ad invicem cum communi-
tatibus civitatis et Slavonie dictum P. Petrum
cum omnibus suis bonis et familia conducent
et galaytabunt salvum et securum extra dic-
tum Terre faciliter in loco securo.

IV ipse P. Petrus et ejus bona non aggrava-
buntur nec molestabuntur ab aliquibus perso-
nis aliqua ratione vel causa salvo quod ipse
erat in aliquo obligatus fuerit alicui persone

Comennus nat. c Pe

1302.

1302 Nonnullæ Constitutiones quæ, circa hæc tempora videntur in Forojulio viguisse

I Si quis Aquilejensis Ecclesiæ subditus aut aliam faventis proprio arbitrio per se, vel alios invaserit aut occupaverit mansos, possessiones etc. alicujus et eas depredatus fuerit, vel rapuerit boves, animalia, bladum aut vinum etc. de hoc in judicio convictus restituat rapta et accepta ad alterum, resarciat de damnis et expensis et solvat insuper pro banno Curiæ quadraginta libras solidorum parvorum Veronensium.

II Si quis intraverit domum alicujus invito Domino aut absente et aliquo ex ejus familia contradicente solvat libras triginta Silavanicas pro ingressu et totidem pro regressu et satisfaciat Gastaldioni ipsius loci de jure suo juxta consuetudinem.

III Omnes causæ ventilari possunt coram Vicario D. Patriarchæ et per Astantes definiri exceptis causis hereditatis, libertatis, servitutis et feudorum.

IV Si quis stratas publicas violaverit aut turbaverit aut super ipsas spolia et derobationes commiserit pœna capitis puniatur et si haberi et capi non poterit sub eadem

pena sit bannitus per universas terras et a quocumque dominio Aquilejensis Ecclesie et de ejus bonis satisfiat spoliato.

V Si quis in suis castris, fortilitiis aut domibus devastatores hujusmodi scienter admiserit cum spolio memorato et devastatione et infra tres dies etiam non requisitus aut Patriarche aut ejus marescalcho eos non presentaverit: vel si quis ignoranter eos receperit et infra duos dies postquam ex parte D. Patriarche aut ejus Marescalchi requisitus fuerit dictos malefactores non presentaverit ut rei ejusdem culpe persequantur

VI Puniantur pena predicta omnes capientes aliquem aut aliquos personaliter tempore pacis etiam extra vias publicas propria auctoritate dummodo tales qui capti essent non fuissent servi aut massarii capientium

VII Pro maleficio commisso sub suo garito nullus audeat imponere aut exigere majorem penam quadraginta frixachensium.

VIII Si quis custodit aliquod factum potest in dicto die pro exfortio vel percussione cum effusione sanguinis imponere et exigere penam unius marche; qui vero contrafecerit, solvat duplum

IX Si quis habet massarium qui sit servus alterius et sit sibi pro affictibus alligatus, illum capere potest ac si esset. Alter non

obstante contradictione Domini cujus est servus

× Quicumque natus fuerit ex matre libera habeatur pro libero etiam si pater ejus fuerit servus et natus et nutritus super territorio Domini cujus pater ejus est servus. Quicumque vero natus fuerit ex muliere serva et de masnata sit servus ejus cujus est mulier ex qua natus est quamvis pater ejus sit liber.

×I Si aliquis est servus communis duorum vel plurium dominorum et fuerit per unum ex ipsis manumissus, sit integraliter liber dum tamen satisfaciat aliis dominis de parte quam habent in eo juxta taxationem bonorum virorum. A.c.a.c.

1302. 30 Martii

Penultima die mensis Martii Sanctissimus Papa Bonifacius contulit Patriarchatum Aquilejensem Ottobono suo Episcopo Paduano: Qui D. Ottobonus venit in Forumjulii, videlicet Utinum die decima exeunte Augusto. Chron. Jul

1302 5 Aprilis Roma.

Cum Bonifacius Octavus Pontifex Ottobonum Episcopum Paduanum ad Patriarchalem sedem Aquilejensem nuper transtulisset, curam et administrationem Ecclesiae Paduanae sic vacantis nunc tradit et committit D. Pagano

de la Turre Decano Aquilejensi mandans Iohanni Episcopo Tusculano ut ei munus consecrationis impendat. B. S. R. C.

1302. 29. Aprilis

In libro obligationum sub Bonifacio octavo in Archivo Apostolico legitur sub hac die

Ottobonus Patriarcha Aquilejensis pro se ipso obtulit pro communi servitio D. Pape et collegii Cardinalium decem millia florenos auri, et duo consueta servitia pro familiaribus eorundem. Quam quidem pecunie summam et etiam aliam decem millium florenorum pro eodem Domino nostro et Collegio, et duo consueta servitia pro ipsorum familiis promissa a bone memorie, Petro Patriarcha Aquilejensi predecessore suo, promisit solvere terminis infrascriptis, pro se ipso ut instantibus Kalendis Maii ad annum, et servitium Predecessoris sui infra alium annum proxime sequentem. C. P. C.

1302. 15. Maii Glemone.

D. Mattheus de Glemona in curia vassallorum suorum alias proposuerat quod cum quidam ex suis vassallis habentibus feuda ab eo et ejus casata mortui essent et nemo infra annum et diem post eorum mortem ut juris est ab

se dicta feuda petiisset ille iuxta eandem sententiam aliquo usu et fructu se de dictis feudis intromisit. Nunc autem cum dictus terminus sit elapsus et nemo appareat qui ostendat aliqua iura in dictis feudis, petit quid inde facere debeat, et per circumstantes responsum fuit quod intromittat dicta feuda cum usu et fructu. Ex Suapere

1302. 3. Junii. Glemone.

D. Matthias de Glemona precepeerat suis vassallis ut essent secum quadam die ad iudicandum et aliqui ex illis non comparuerunt petiit igitur sententialiter diffiniri quid iuris esset. Et per circumstantes sententiatum fuit quod unusquisque illorum vassallorum solvere debeat pro primo termino quadraginta denarios, pro secundo unam marcham et pro tertio perdere feudum. Ampperaio

1302 4 Junii Glemone

D. Federicus de Pramperch petiit a suis vassallis diffiniri quid iuris esset si aliquis vassallus venderet aliqua feuda pro proprio, et sententiatum extitit per circumstantes quod dictus D. Federicus se intromittere debeat de possessione et de bonis suis duplum valentibus venditione predicta. Ex Pramperc c.

1302 17. Augusti. Utini

Insistentia illi de Aquileja ut veniant Utinum ad eundem obviam D. Patriarche

ex Ob. Cam. c.

1302 . 7. Septembris Glemone

Almerichus de Glemona veniens in ec-
clesiam S. Marie ex parte D. Patriarche, com-
mandavit Sacerdotibus ne sepelirent corpus Johan-
nis Bustingali eo quod mortuus esset quin
restituere voluisset uxori sue avulse dicti D. Alme-
rici dotem suam. A. C. u. c.

1302 24 octobris

D. Ottobonus Patriarcha investivit Lie-
bardum habitantem in Lindh q^m D. Pertoldi dicti Craye
de Moravia de Glemona de feudis que ipse
et domus sua habebat ab Aquilegensi Eccle-
sia et mandavit ut illa daret in scriptis
in quomodo illa ipse notificavit

I Sedimen domorum sitorum in Castro
Glemone.

II Decimam aquarum et clavium de Glemo-
na que solet exigi et colligi in festo S. Ge-
orgii

III unam domum super foro Glemone

IV Quidquid D. Lavisinus et D. Cornovellus
de S. Daniele habebant in Glemona in feudum

V Lacum de Cavacio et villam de Quar-
sto ibi prope cum piscatoribus et famulis
residentibus in dicta villa

VI medietatem ville de Sottomonte et ea que
sui antecessores habebant in monte S. Si-
meonis

VII medietatem ville de Alesio

VIII. bona de Gringula que q. Pilligrinus de Gringula ibi habebat et in ejus pertinentiis

IX sedimen cum terris ad illud pertinentibus in braya ubi dicitur Malabotuz

X Quinque mansos in maxillaz de Basalgella

XI bona de Sacorano que ibi habebat q. Jacobus de Sacorano.

XII unum mansum in Flumizello et duos in Pirrano Ant. Not. Belloni

1302. 10. Novembris Aquileje

Ottobonus Patriarcha mandat Capitaneo Glemone quatenus sua parte faciat publice proclamari quod transactis octavis festi B. Martini non admittat monetam nisi illam novam quam nuper fecerat nec cum alia pagamentum fiat aut mercatum sub pena pecuniarum que date fuerint emptionis et mercationum. Mandat insuper quod nullus possit extrahere de Forojulio argentum nec latrones sub pena perdendi latrones ipsos, argentum et equos qui eum portarent. Bartholomeus Not. A.C.U.C.

1302. 26 Novembris Frisaz.

Otto Dux Carinthie, Comes Tirolis et Goritie, Aquilejensis, Tridentine, ac Brixinensis Ecclesiarum Advocatus ratificat et confirmat antiqua Privilegia a Duce Ulrico ejus Antecessore Monasterio Sitticensi concesso addens quod Abbas fruatur illis quoque bonis que ab aliis eidem donata

1302.

Albertus Comes Goritie Precedentis mandato seu commende Ordinis equitum Teutonicorum in agro Forojuliensi fundationem a suis majoribus factam, novo recentiori roborandam censet, conferens et confirmans Fratri Bol. frumio gerenti vices majoris magistri prefati Ordinis ac ejus successoribus proprietatem dicte mansionis Precenicensis cum omnibus suis pertinentiis ac commoditatibus ad easdem spectantibus: ita quod aliquid fundo in bonis memorati, nec Advocatus nec Judicio sibi ac heredibus suis reservat, volens quod prefatum hospitale libere ac quiete possideat omnia sine ejus aut heredum suorum contradictione ac molestia. Cronici.

fuissent aut quę dictum Monasterium sibi com-
paravit post ultimam confirmationem dicto-
rum Privilegiorum per Ducem Megenardum
ejus patrem olim factam

Privilegia autem memorata sunt hęc

I. Ulrici Ducis Carinthię Diploma pro dicto
Monasterio datum anno recente in octava
S. Joannis Baptistę.

II. Ulricus Dux Carinthię confirmat dona-
tionem [illegible] Marchia dicto Monasterio concessit.

III. Ulricus Dux Carinthię concessit pro sin-
gulis annis Monasterio predicto decem mar-
chas denariorum quas assignavit Laiba-
ci nimirum quinque de muta et quin-
que de moneta infra octavam Pasche,
recipiendas anno MCCLXIII. Et eodem
anno idem Dux fundavit villam in
Mallnach pro remedio animę D. Agnetis
sue quondam uxoris

IV. Anno MCCLXVII. idem Dux confirmat
Monasterio mansos et molendina in
Rattenpach

V. Anno MCCLX. Indictione tertia, Kalen-
dis Novembris idem Ulricus Dux Carinthię
et Dominus Carniole, fundat Carthusiam
in Freydenthall. &c.

1302. 4. Decembris Utini.

Attendens grata fidei et devotionis obse-

gratia Patriarche et Ecclesie Aquilejensi multipliciter impensa D. Ottobonus Patriarcha de speciali gratia concedit D. Wilielmo q.m D. Glizoi de Mels quod ad honorem et statum ipsius Patriarche, suorum successorum et Ecclesie Aquilejensis edificare possit de novo domum unam de muro cujus altitudo esse possit de sex passibus et murorum crassitudo de duobus brachiis in quodam castellario ipsius D. Wilielmi sito in villa de Colloredo, et quod ipsam domum fortificare possit fossatis, spaltis et muro. Qui juravit fideliter servire nec in eam domum unquam recipere ipsius D. Patriarche et Ecclesie Aquilejensis inimicos nec ex ea illos unquam dimittere contra prefatum D. Patriarcham aut ejus ecclesiam.

Franc. Manzoli not. e P. c

1302. 2. Decembris. Glemone

Bertoldus de Castronovo Capitaneus Glemone juxta commissionem a D. Ottobono Patriarcha Aquilejensi habitam recepit a Juratis de Braya ex redditibus et fructibus quos pro presenti anno ipse D. Patriarcha habet in Braya septuaginta starios annone ad mensuram Braye quadraginta starios et medium frumenti: duos starios salis minus unum pisenale quatuor quartas milei: triginta octo urnas vini et unum congium de ficto: decem et septem congios vini ex Brayda Domi

et de Buya facient eidem finem et per-
plenam remissionem. Cumanus not. D. Pascale c.

1302 29. Decembris, Aquileie.

Ordinatum fuerat olim per D. Raymundum
Patriarcham hominibus Carnee quod cum ali-
quibus feriis non possent mercatum facere
in alio loco de Carnea quam in Tumetio. Ve-
rum post obitum prefati D. Patriarche, homines
predicti in generali colloquio affirmaverunt quod
libere possent emere et vendere sicut per villas
Foriiulii. Unde humiliter supplicaverunt ut eandem
novitatem in dicto colloquio vacante Sede Aqui-
lejensi, D. Ottobonus Patriarcha misericorditer con-
firmavit. Ipse autem eorum precibus benignius
inclinatus cum consensu et voluntate Capituli
Aquilejensis omnibus hominibus Carnee ipsorumque
heredibus et successoribus perpetualiter concessit quod
possent libere emere et vendere per villas Car-
nee sicut fiebat communiter per villas Foriiulii
hac tantum conditione quod solverent mutas in
locis quos ipse assignabit

Odoricus not. Del Negro o

1302.

Hoc anno data fuit Collecta viginti solido-
rum pro qualibet manso sentato, et pro qualibet
rota molendini de gratia speciali et non de
iure. Chron. Spilimbergense.

1303. 1° Februarii. Romę

Annuens petitioni Canonicorum Civitatis Austrię Bonifacius octavus Pontifex extinguit duos ex triginta novem Canonicatibus dicti Capituli Civitatensis et permittit quod cum fructibus et proventibus dictarum duarum suspendarum inveniatur unus magister Theologię et unus Doctor in jure Canonico qui apud eandem Ecclesiam sive in schole ipsius publice et continue horis accomodis legere et Doctor causas dictę Ecclesię agere et defensare, magister vero predicare clero et populo teneantur. A.C.C.A.

1303 11 Martii In Civitate Austrię

D. Bernardus Decanus Civitatis Infra Missarum solemnia ascendens pulpitum dictę Ecclesię coram populo publice de mandato D. Episcopi Tarvisini, D. Guidonem de Villotta Vicedominum Patriarchatus Aquilejensis excommunicatum denunciavit pro eo quod non solverat Camerariis D. Papę et Cardinalium duo millia marcharum argenti, quinquies quinquaginta novem florenos, decem et octo soldos parvulorum et quadraginta denarios. C.C.A.C.

1303

Venerabilis pater et D. Ottobonus Dei

gratia Aquilejensis Patriarcha fecit aedifi-
cari et construi in Austria Civitate Turrim
cum scalis lapideis versus Ecclesiam; et in-
cepit in Majo, et perfecit ipsum opus in
Augusto praedicto anno. Chron. Iuliani

1303

Ottobonus Patriarcha concedit licentiam
Candido de Canussio aedificandi Castrum
cum turribus fossis et spaltis super man-
sum Ovrani hac conditione ut sit liber
Patriarchae ingressus in dictum castrum
aedificandum. C.P.C.

1303 11. Maii. Utini

Pro obtinendis Iuribus Ecclesiae Aquilejensis
ac defendendis stratis a latrociniis et robari-
is quae continue fiebant, ac etiam ut Ca-
strum Sacilleti ad manus aliquorum qui
illud nitebantur habere in praejudicium
et damnum totius Patriae Forijulii perve-
nire non posset D. Ottobonus Patriarcha et
D. Ossalcus de Sacilleto ad hanc permutatio-
nem devenerunt

D. Ossalcus dabit D. Patriarchae, Castrum
de Sacilleto cum burgo, villa, mansis, divi-
dendis, dominicalibus, braidis, pratis, aquis
et molendinis cum omni jure buscandi et
pascuandi in silvis, pascuis et communeis
a Sacilleto usque Aquilejam, et per totam
Insulam Trivignani usque ad mare, quae

omnia habebat ad feudum quod hereditat masculus et femmina cum omni jure, excepto judicio sanguinis, ab Ecclesia Aquilejensi et partim a monasterio Dominarum S. Mariæ de Aquileja

Dominus vero Patriarcha cum consensu et voluntate Capituli Aquilejensis dabit dicto D. Assalcho mansos, terras et bona sita in pluribus villis et locis quorum in Instrumento permutationis leguntur nomina, et redditus cujusque distincte indicantur cum omni jure, garito, immunitate, Advocatia, capitalico ~~[illegible]~~ judicio quod spectat ad personam aut membrum malefactorum.

Nomine tandem additionis et melioramenti dicti contractus prefatus D. Patriarcha dabit eidem D. Assalcho ducentas et sexaginta marchas denariorum

Adest inter testes Randolfus electus Tergestinus. Joann. Manuelli not. D.ni Cancellarii D.

1303 12. Junii. In Civitate Austriæ.

Die XII intrante junio, circa mediam noctem, exivit ignis de domo Bovi prope portam pontis Austriæ Civitatis de intus versus orientem, in qua morabatur quidam Toscus, nomine Augustinus. Et combussit omnes domos D. Bernardi Verani, et domos D. Henrici de Pramperch cum turri, quæ fuerunt D. Girardini militis, et illorum de

Orzano; et omnes domos ab utraque parte viæ, usque ad viam quæ itur Portarunlam sive ad molendinum; et inde versus Fabros Minores, omnes domos ab utraque parte duravum utrinque combussit; et domos D. Abbatis Rosacensis, et domos Fratrum Minorum cum omnibus domibus Curiæ quæ dicebatur Curia D. Alladali: quod quasi impossibile est dicere. Chron. Iuliani

1307. 26 Julii. In Civitate Austriæ

In quæstione et lite quæ vertebatur inter plures villas circumjacentes occasione Rogæ sive de aqua Turris decurrit desuper Savorgnano et vadit per dictas villas seu pertinentias earum D. Bonaventura Decanus Civitatensis Arbiter electus sententiando definivit quod salva jurisdictione D. Patriarchæ Aquilejensis in dicta Roga, homines de Savorgnano cum suis animalibus et per se libere uti possint aqua dictæ Rogæ, non devastando tamen nec deturpando aquam Rogæ prædictæ maliciose ac fraudulenter. Si vero dicta Roga aliquo tempore devastaretur dicti de Savorgnano teneantur aliquid dare pro faciendo ipsam aptari. Interim solvant D. electo Centenario Capitaneo in Soffum-bergo marchas duas denariorum. Arch. not. Amoc.

1308. 13. Augusti In Civitate Austriæ.

Per D. Antonium Caqualam Gastaldionem, consilium et Commune Civitatis Austriæ ordina-

tum exhibit quod pro adjutorio magistrorum
studii quod D. Patriarcha in Civitate fieri in-
tendit in Decretalibus et aliis facultatibus, com-
mune dat et dare debeat in terminis com-
petentibus quinquaginta florenos auri pro
uno anno. A C U C.

1303 13. Septembris Melsi.

D. Gulielmus q.m D. Glizoi de Melse in
suo ultimo Testamento postquam heredes suos
hortatus esset ut Castrum Colloreti quod ille
fabricari coepit perficerent, ordinavit quod
construi in illo faciant unam Ecclesiam
suis sumptibus in honorem aeterni Dei ac ejus
Beatissimae Matris Virginis Mariae et Sancto-
rum Apostolorum Judae et Mathiae, dicens et
ad eorum memoriam revocans quod eo tem-
pore quo Conradus secundus Romam profectus
coronam a Joanne Pontifice accepit duo fra-
tres Suevi qui vocabantur de Walse secum
in Italiam venerunt Henricus nempe et
Odalricus quorum primus in Germaniam
rediit ubi et nunc sunt de illis de Walse,
alter vero videlicet Odalricus in Patria
Forojulii remansit et ex eo familia sua
traxit originem; de quibus omnibus quam
plurimae existebant scripturae publicae et pri-
vatae quae quando domus ipsius de Mels com-
busta fuit, combustae et ipsae fuere: et quia
ab eo tempore circa in Mels et Venzone &c.

clesias suas semper dedicaverunt. Item vero quia beatissime matri et predictis sanctis Apostolis Andree et Mathie, vult idem quod et in Colloreto, ubi sperat dictos suos heredes in perpetuum habitaturos sub eodem nomine edificent Ecclesiam, et sic rogat et jubet ipsos fieri debere, et etiam quod de bonis ipsius Testatoris extrahantur tot bona que sufficiant ad victum et vestitum rationabiliter unius Sacerdotis qui pro tempore serviet dicte Ecclesie, qui habeat curam animarum omnium eorum qui habitabunt in dicto ejus Castro Colloreti, et infra ejus limites

Nicolaus de Mels Not. c. p. c.

1303 19 Octobris.

Die sabati XIII. exeunte Octobrio, Tergestini interfecerunt D. Hyathelmum de Duino, illum de Vinchodayne et alios decem et octo de Nobilibus Carinthie et quamplures alios, et interfecerunt et acceperunt arma et equos centum quinquaginta circa. Chron. Spilimberg.

1304

1304. 3. Februarii Utini.

Ottobonus Patriarcha reformans Ius[?] lepium olim concessum Monasterio Mosacensi permittit quod Macarius Abbatis perturbare libere possit in domum ejus pro se et hospitantibus cum eo omnia quae comparare voluerit sine aliqua muta silequia c.a

1304 2. Februarii in civitate Austriae

In festo beati Blasii incepit ningere in Civitate, et fuit illa nix tam magna quod non fuit homo qui diceret, se unquam vidisse in Forojulii ita magnam. et fecit damnum valde grande de arboribus et specialiter ~~[illegible] [illegible]~~ pomiferis. et di ruit plures domos: et specialiter in Tolmino destruxit villas et domos quamplures, ubi multi sunt homines et bestiis satis multi. Quae nix duravit in Civitate bene quindecim diebus in Aprilis Chronicillam.

1304. 12. Februarii

misit D. Ottobonus Patriarcha suos Ambaxiatores ad D. Benedictum Summum Pontificem super facto quaestionis vertentis inter ipsum et Dominos Turres Castellis, et ipsum Patriarcham et Senatus pro facto Istriae: et isti fuerunt Legati D. Henricus de Prampergo, D. Man

(2)

fredus de Pavillais et D. Petrus de Lubina

Chron. Spilimber.

1304. 17. Maii in Civitate Austrie

Facta fuit per Clerum seu per Capitulum Civitatense Representatio: sive facte fuerunt Representationes infrascripte. In primis de creatione primorum Parentum; deinde de Annunciatione Beate Virginis, de Partu et aliis multis. et de Passione et Resurrectione, Ascensione, et adventu Spiritus Sancti, et de Antichristo et aliis et demum de adventu Christi ad judicium. et predicta facta fuerunt solemniter in Curia D. Patriarche in festo Pentecostes cum aliis duobus diebus sequentibus, presente Reverendo D. Ottobono Patriarcha Aquilejensi, D. Jacobo q.m D. Ottonelli Episcopo Concordiensi, et aliis multis nobilibus de Civitatibus et castris Forojulii die decima quinta exeunte Maio. Chron. Julian.

1304.

In mense Maii. D. Walterpertoldus q.m D. Johannes de Zucula cepit edificare castrum de Spegnimbergo.

Renovavit Frater Johannes Ecclesiam S. Johannis de Hospitali. Chron. Spilimber.

1304. 4 Septembris.

Marcellus de Civitate Capitaneus, seu Castaldio Marchiofalconis nomine et vice D. Patriarche Ottoboni fuit interfectus per D. Rodulphum de Prinis

apud Montemfalconem, ipse Marcutte veniente cum accipitre, die quarta Septembris, et die quinta eiusdem mensis portatus fuit Civitatem, et sepultus apud Fratres Praedicatores, quia ipse D. Rodulphus ... interimebatur eidem Marcutte cum quibusdam aliis ad mortem. Chron. Julian.

1304. 7. Septembris.

Nobilis vir D. Albertus Comes Goritiae obiit Lonzi, et sepultus fuit Rosazzo in vigilia Nativitatis S. Mariae, et factae fuerunt ibi magnae oblationes in die suae sepulturae. Nam fuerunt quadraginta denarii Aquilejenses unicuique sacerdoti. Chron. Julian.

1304 martii

(a) Ista sunt jura D. Patriarchae, et Ecclesiae Aquilejensis in tota Istria.

I. In primis Patriarcha Aquilejensis est Marchio totius Istriae, et habet ibi plenam jurisdictionem in temporalibus et quicumque habet, ab ipso habet. Praeterea nulla civitas, aut Castrum aut locus potest eligere Potestatem, Rectorem seu Consules aut alios officiales quoscumque, nisi de speciali licentia ipsius Patriarchae; nec possunt mutam, seu pedagia vel collectam ponere vel exigere, nec monetam cudere nec aliquam aliam jurisdictionem exercere; sed D. Patriarcha ponit in illis Terris Gastaldiones suos et etiam Vicarium in tota provincia Istriae qui cognoscant de causis omni...

bus, et habent jurisdictionem plenariam in
omnibus questionibus

II. Ponit in Mugla Sascaldionem suum qui re-
quirit, et est Terra Mugla camera S. Patriar-
che, et habet in dicta Terra domum propriam,
et omnem jurisdictionem generaliter exercet
ibidem tanquam quilibet Vosdenus habens me-
rum et mixtum imperium potest exercere in
terra sua et cum hominibus suis; et habet
omnes condempnationes, et ratione dicti ter-
ritorii quilibet qui laborat cum duobus bobus
dat unum modium frumenti et unum hor-
dei; et quilibet habens vineam dat unum con-
gium vini et sexdecim libras venetorum; et
de qualibet domo debet habere fascem feni.
Insuper debet habere de quibuslibet decem be-
stiis unum quartum agni; et habet multa alia
jura minuta, et nihilominus potest disponere
de dicto territorio ad beneplacitum suum, et ha-
bet omnia que pertinent ad regalia

III In Pertulis sicut et in Bullais ponit Ga-
staldionem suum qui exercet omnem juris-
dictionem et Commune solvit annuatim saxa-
ginta sex modia frumenti et sexaginta sex
carreggios vini et libras sexe venetorum et
quilibet massarius dat unum agnum valen-
tem sex denarios; et habet multa alia jura
minuta, et omnia que pertinent ad regalia.

IV. In Mantona ponit Sasbaldionem qui exer-

et omnem jurisdictionem, et habet omnes Regalias, et recipit expensas cum tota comitiva sua a Commune cum vadit illuc et habet omnes condemnationes de omnibus maleficiis

V In sancto Laurentio ponit Gastaldionem suum qui exercet omnem jurisdictionem et condemnationes sunt D. Patriarchę; et imponit ibidem collectas et recipit expensas cum tota comitiva sua cum vadit illuc et nuntii sui similiter habent expensas. et habet ibidem omnes regalias, et potest facere de Terra et hominibus sicut vult, et habet multa alia jura minuta.

VI In loco de duobus Castellis ponit Gastaldionem suum qui exercet omnem jurisdictionem, et condemnationes sunt ipsius D. Patriarchę et generaliter in omnibus facit et habet ibi sicut in S. Laurentio.

VII. In Rubino et in valle ut supra in loco de duobus Castellis

VIII. In Civitate Polę ponit Gastaldionem suum, et generaliter habet omnia prout in Civitate Iustinopoli. Insuper in certis redditibus in dicta Civitate habet a certis hominibus octuaginta duo media frumenti et septuaginta quinque media hordei. et habet ibi duo antiqua palatia scilicet Ladunum et Ravenam, et palatium unum in platea Civi-

tatis et quasdam alias domus; et quicumque
accipit aliquem lapidem de dictis palatiis in-
tus et extra pro quolibet lapide quem
accipit solvit 8 Parvuschi, sinantia centum.
Pietrapelosa habet in Polisana infrascriptas vil-
las que ad ipsum pertinent plene jure tam
in collectis imponendis quam in albergariis
accipiendis et toto territorio earundem vil-
larum, et habet omnem jurisdictionem, et omnes
regalias: et potest facere de villis, hominibus
et territoriis sicut de villis, hominibus et
territoriis suis, scilicet de Midilano, Beniol,
Ignano, [Pedicano] Salisano, Padovo, Ravoriga, Sisano,
Savaciliano et Jasana.

IX. In Cazual ponit Gastaldionem suum et
habet ibi per omnia sicut in dictis villis Po-
lisane.

X. In Galzana ponit Gastaldionem suum
qui exercet omnem jurisdictionem et imponit
ibi collectas et recipit ~~..~~ albergarias, et
potest facere in omnibus et per omnia si-
cut de terra et hominibus suis.

XI In Albona ponit Gastaldionem suum qui
exercet omnem jurisdictionem, et imponit
collectas ibi et recipit albergarias, et a quo-
libet qui habet decem oves vel plures de-
bet habere annuatim unam ovem cum a-
gno, et unum alium agnum, et a quo-
libet massario unum medium frumenti,

unum modium annone, et unum congium
vini. Habet deinde a Communi libras de-
cem e novem Venetorum, et habet regalia
et omnem jurisdictionem, condemnationes
et multa alia jura minuta.

XII. In Flanona ponit castaldionem qui exer-
cet omnem jurisdictionem et imponit collec-
tas, et recipit albergarias; et a quolibet ha-
bente decem oves vel plures debet habere
annuatim unum agnum cum agno, et a (unum alium agnum)
quolibet massario ~~modium~~ congium unum et dimidi-
um vini. Iuxta autem Flanonam habet cu-
riam cum molendino, pratis et aliis possessio-
nibus adjacentibus. Et habet ripaticum navi-
um, et omnia regalia et multa alia jura
minuta.

XIII. In Cubealba habet prout in Albona pre-
latum, et tanto plus quod quolibet massa-
rius dat unam fecham et duos solidos

XIV. In villa S. Martini habet per omnia
sicut in Cubealba. Item in Lalam, in S. Petro,
et in Nugla, in Roz, et in Brigant in S. Sirgo
in Baffuarda, in Malarampiza, in Silvana,
in Valda, in Cerniglado, in Culmo, in Hu-
meld, in Grinaldo, in quolibet de omnibus
supradictis villis ponit D. Patriarcha Castal-
diones suos, qui exercent omnes jurisdictiones
imponit collectas, recipit albergarias, habet
condemnationes et regalia, et de dictis villis

hominibus et territoriis potest facere sicut vult tanquam de suis.

XV. in Pinguento ponit castaldionem suum qui exercet omnem jurisdictionem, imponit col- lectas, recipit albergarias, habet regalia et con- demnationes, et de loco, hominibus et terri- torio facit ut vult tanquam de suis

XVI in civitate Parentii ponit Castaldionem su- um qui exercet omnem jurisdictionem et habet ibidem omnia ut in civitate Justino- poli, et habet domos in eadem civitate

Item habet castrum S. Georgii cum toto ter- ritorio et pertinentiis suis et jurisdictio- ne tota. Chieli

1304 .. martii.

D. Ottobonus Patriarcha offert omnia jura temporalia quae habet in Provincia Istriae, ad effectum viginti novem annorum si D. Dux et commune Venetiarum vellent facere res in- frascriptas.

I. Si darent ei quolibet anno libras novem cen- tum de grossis, et facerent eum civem Ve- netiarum

(2)

II. Si darent quod curreret per totam Istri- am moneta quae de Aquileia sicut currit per Forumjulium

III Si daret omni anno ad trahendum de Ancuitona vel de Istria Marchia, ~~vel de Apulia, vel de extra gulfum Istriae~~ in toto vel in parte mille centum et triginta octo amphoras vini, ultra illas quae

sibi dantur hodie, et possit eas accipere ad suam voluntatem et portare in Foroiulium.

IV. Si debent ad trahendum de Marchia, vel de Apulia vel de extra gulfum Istrie frumentum medium de blava; et si sibi videbitur, ipsam trahere de Forojulio et portare in Istriam vel in Dalmatiam vel in terras amicorum, et insuper licentiam illi concedunt ut accipiant de Istria, vel de Marchia aut de Apulia centum milliaria olei et conducant in Foroiulium

V. Si non facerent sigillum de aliqua mercantia que exiret de terris a Trevisio ultra, nec a Tergesto hinc nisi ad Aquilegiam.

VI. Si debent omni anno ducentos milites, si sibi essent necessarii ad tres menses in suum auxilium a ponte S. Johannis usque ad Solasam et usque supra Tulmetium

VII. Si ille qui erit in Istria pro Dominio Venecie faciet sibi satisfieri supra tres menses totum illud quod sibi deficiebat de suis rationibus et quod non recepit tam in isto tempore, quam tempore D. Gregorii Patriarche. Cauli.

1304. 24. Septembris. in Civitate Austrie.

(m) Illi de Premariacco per sententiam Arbitrorum Clare; absolute et in perpetuum per se et cum suis animalibus uti possunt aqua Roye, que labitur prope Budlans per Ramanzachum et Orsarum quemadmodum utuntur homines villarum de Budlans, Roman-

zacho, Ovrano, Canneglons et Gruspignano.

Arch. not. A. Micre.

1304 4 Octobris in civitate Austriae

Venerabilis D. Bernardus Decanus ~~[illegible]~~
Ecclesiae civitatensis, fecit et de novo crea-
vit presbiteros Aymonem et Andream fi-
lium D. Benevenuti die octavo intrante
Octobri, suos Praebendarios in majori Ecclesia
Civitatensi; quibus dedit certos redditus, et
proventus et eodem anno facta fuit sub-
gratia in Capitulo Civitatensi per Capitulum,
quod eisdem presbiteris et suis successoribus
non ponerent aliquas collectas; tali quidem
conditione et pacto, quod predicti Praebendarii
singulis diebus teneantur, unus ad majus Alta-
re summo mane, et alter dicta Missa Ma-
jori a S. Iohanne Baptista certas et deter-
minatas missas, ut in ipsius ordinatione ple-
nius continetur; et quod ipsi teneantur
continue interesse officiis canonicis. Chron. Cal.

1304 18 Septembris Utini.

(a)

D. Ottobonus Patriarcha ex una parte, et D. Chri-
stophorus Mauroceno et Nicolaus Quirino vice
et nomine D. Petri Gradonico Ducis et Communis
Venetiarum ex alia de omnibus quaestionibus, dis-
cordiis et controversiis quae vertebantur inter eos
occasione jurisdictionis ac jurium Istriae se compro-
mittunt in B. Papam creatum aut creandum ad
quem infra duos menses postquam creatus fuerit

eorum mittant Procuratores et quidquid per eum sententiatum aut ordinatum fuerit fideliter observabunt. Johan. Laurentii not. C.F.O.

1300. 30 novembris Utini

D. Ottobonus Patriarcha vendit ad unum annum incipiendum a proximo festo S. Georgii mutam de Landom pro quinquaginta marcharum denariorum. Juan [illegible] not. C.F.O

1300... Glemona

D. Ottobonus Patriarcha investit D. Ubaldinum liberum de Sumag de feudis quae sui antecessores habuerant ab ecclesia Aquilejensi, et de omni jure quod ipse habebat in decimis sitis in Plebe S. Crucis et in Plebe de Pornigal ex ista parte aquae quae dicitur Sabol. Mittheilungen 1892

1305.

1305 15 Ianuarii exeunte.

Cum nonnulli Abbates Priores et alii Ecclesiarum Rectores Archidiaconatus Carniae et Marchiae non solvissent partem ad se contingentem ex eorum Ecclesiis de Collectis eis impositis tam pro provisione Legati Sedis Apostolicae quam pro sustentatione ipsius D. Patriarchae, Ottobonus Patriarcha mandat Plebano in Vedili quatenus eos omnes denuntiet excommunicatos, eorumque Ecclesias suppositas interdicto, quod si infra datum terminum non satisfecerint officio eos privabit et beneficio.

Melioratio Vol. B M. u. a

1305 26 Ianuarii exeunte

Ottobonus Patriarcha mandat Archidiacono et Plebanis Dioecesis Aquilejensis quatenus si servi et ancillae Conventus Domus Vallis s. Johannis in Seyle aliena se subiicientes dominationi in eorum Plebibus aut Terris inveniantur per censuram Ecclesiasticam et per subtractionem Sacramentorum ad pristinas sedes quavis excusatione postposita redire coerceant. Oppressores autem familiarium dicti Conventus ab invasores bonorum et possessionum ac eorum defensores sub maledictionis anathemate ad satisfactionem plenariam compellant. Per Cod. Dipl.

1305 8. Februarii Glemone

Consilium majus Glemone dat Fratri Raballo Pipino capitaneo, Nicole Agolanti, D. Spinello, Walterio valuti, Antonio Meleri, Blasio Piliarni, et Ulrico Clefonis plenam auctoritatem faciendi statuta. Franc. Sibelli not. A.C.U.C.

1305. 2. Martii Utini

Ottobonus Patriarcha investit ad feudum Aquilejensem D. fratri Alberto Vicario suo Plebano Glemone unum sedimen ad construendum de novo unum molendinum super Roya que labitur ante locum Hospitalis S. Spiritus solvendo annuatim D. Patriarchae mediam marcham denariorum. Franc. Masculi not. C.P.O.

1305. 1° Maii Tergesti

D. Johannes Quirino Potestas, Judices et consilium civitatis Tergesti proposuerunt D. Raydulfo Episcopo Tergestino quod in Consilio firmatum erat de dando eidem D. Episcopo Castrum de Mucho, si ratificare vellet et tenere cartam factam per Predecessorem suum D. Brixiam Episcopum Tergesti, nunc die decima martii anno MCCXCV. de concessione Castaldionatus Civitatis, et comunis civitatis Tergesti et debitibus et insuper promittebat quod dictum castrum post ejus obitum veniret ad manus capituli civitatis Tergesti. Ad quae D. Raydulfus respondit quod volebat habere Castrum suum sine aliqua conditione. Bene promittebat quod post ejus obitum capitulum jam dictum, castrum haberet et cu-

obtineat illud pro Ecclesia et futuro Episcopo. casu autem quo se sibi rebellaverit expediret reciperet de gente Communis in Castro praedicto et eos juvaret et defenderet.

Victus tandem precibus D. Potestatis et Sindicorum communis Tergesti idem D. Episcopus ipsum Castrum et Castaldionatum et alia jura in eo contenta, nonnullis explicationibus tantum adjectis, liberaliter ratificavit atque innovavit.

Quapropter Sindici praedicti nomine Communis et hominum Tergesti dederunt dicto D. Episcopo quandam domum positam juxta portam Riborgi quae appellabatur domus mala, sive easdem domus redditus et proventus in recompensatione cujusdam juris quod habebat Episcopatus super curribus et mercationibus de feris vehiculibus. Instr. data ut A.C.M.O.

1345. 30. Junii.

Nobilis vir D. Rizardus filius D. Guecelli de Camino, obsedit cum magna multitudine equitum et peditum Castrum et locum Spegnimberch; in cujus subsidium et juvamen, Dominus Marchio Tervisinus misit gentem suam et insuper illustris vir D. Henricus Comes Goritiae cognatus dicti D. Rizardi personaliter venit cum magna gente bene parata: et nobilis vir D. Meynardus Comes de Ortemburch venit etiam personaliter ad dictum ob-

cilionem, qui erat similiter cognatus ipsius [illegible]
ni D. Ricardi. Tunc Cardinalis misit [illegible]
lii gentem suam. Forojulienses quasi om-
nes venerunt in subsidium ipsius D. Ricar-
di. Omnibus ibidem congregatis, inceperunt
machinis, ballistis aliisque edifitiis expu-
gnare locum ipsum et eis incontinenti [illegible]
acceperunt aquam. Et ita obsederunt [illegible]
sum locum, quod inde nullus exire poterat.
Circa quem locum D. Ricardus cum gente
predicta stetit quindecim septimanis, et ip-
sum habere non potuit. Et quia in ipso lo-
co erant quamplures nobiles et boni ma-
gistri inter quos erat magister Gerardinus
qui erat optimus magister, qui sua sagaci-
tate combussit turrim lignorum quam ...
struere fecerunt. Fueruntque in dicto exer-
citu, ut dicebatur, quindecim millia homi-
num armatorum. Quem locum tamen sub
certis pactis D. Ricardo predicto sponte dede-
runt. Chron. Iuliani.

1305 6 Iulii Utini.

Ottobonus Patriarcha committit Rolando
Scholastico Aquilejensi quatenus Polam acce-
dens si viderit quod Potestas, Consilium et
Commune dicte Civitatis revocaverunt Sta-
tuta, proclamationes et novitates omnes quas
fecerunt contra D. Othonem Episcopum
Polensem, et permiserint quod officiales

dicti Episcopi eleventur juribus Episcopatus
ipsos Potestatem, Consiliarios et Commune a
vinculo excommunicationis et Interdicti et poena
opus fuerit, absolvat. meliorentia not. c. T. C.

1305. 17. Julii Pragae

Wenceslaus Bohemiae, Hungariae, et
Poloniae Rex volens hereditare, et ipse assolet
praecordialem illam amicitiam quam inter-
cedebat B. Ottobonum Patriarcham contraxisse cum
nuper defuncto ejus Patre, agit ei gratias
de monitis quas idem ejus Patri amicabiliter
direxit. Etiam licet negotium quod tunc
inter eos tractabatur competenter complere neque-
at, tamen si facultas se obtulerit opportuna il-
lud perficere curabit. Itaque si quid pro
honore ejus venerabilis personae ac pro utilitate Eccle-
siae, Aquilejensis facere poterit, eidem fiducia-
liter intimet quem juxta posse inveniet semper
per favorabilem et intentum. etc.

1305. 15. Augusti Utini.

Ottobonus Patriarcha mandat Abbati de
Ottemburch quatenus ante festum Beati Mi-
chaelis venturum producat rationes suas su-
per collectis per eum jam exactis aut exi-
gendis in Archidiaconatu Saunie, et pateat
quantum datum fuerit Legatis Apostolicae Se-
dis aut quantum illis adhuc debeatur ratione
earum procurationis, nec non quantum datum
fuerit B. Comiti de Ortemburch ratione sui sa-

lulli et quantocius Camerae Patriarchali residuum assignet. Insistat praecipue quod ei det in scriptis nomina Ecclesiasticorum dicti Archidiaconatus qui in contumacia solutionis hujusmodi perseverant intimando eisdem quod post dictum festum Sancti Michaelis ad privationem beneficiorum contra eos procedet. Malinconia vol. C.T.e.

1305. 12. Septembris Tavolisii

Raymundus Patriarcha concesserat Occelluto de Utino quemdam fundum super quo idem Occellutus construxerat Monasterium Sororum Ordinis S. Clarae in cujus constructione jam expenderat quindecim millia librarum Bagatinorum et ipse Raymundus Patriarcha primum Lapidem imposuerat

At Ottobonus Patriarcha donationem ejus Praedecessoris nullam esse asserens eo quod non accesserat consensus Capituli Aquilejensis, eam revocare nitebatur.

Invocata protectione Sedis Apostolicae, Benedictus XI. Pontifex decrevit quod non obstante quod fundus praedictus ad Patriarchatum Aquilejensem spectaret nullus tamen in eo possit sibi jus aliquod vindicare. Verum propter superveniendum ipsius Pontificis obitum litterae super hoc confectae expediri non potuerunt.

Qua propter Neapoleon S. Adriani Diaconus Cardinalis Apostolicae Sedis Legatus praefati Occelluti

supplicationibus inclinatus mandat Episcopo Tarvisino nec non Praeposito S. Stephani Aquilejensis et Castone della Torre Canonico Aquilejensi quatenus concessionem Patriarchae Raymundi faciant ejus auctoritate inviolabiliter observari concedendo eidem Bertholdo facultatem testandi de propriis bonis dictum monasterium, et contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. A.C.U.C.

1305 21 septembris ultimi

Cum per mortem D. Tolberti Episcopi Canonici ecclesiae Tarvisinae in unum congregati D. Petrum de Costa Archipresbyterum Paduanum in eorum Episcopum et Pastorem concorditer elegissent, Decretum electionis per eos factae D. Ottoboni Patriarchae praesentaverunt humiliter supplicantes ut illud auctoritate metropolitica confirmaret. Ipse autem juxta constitutionem Bonifacii Octavi eis mandavit quatenus coram populo in dicta eorum ecclesia Tarvisina edictum illud publicarent ut si quis aliquid rationabile dicere vellet contra electionem praedictam aut personam electi ~~[illegible]~~ infra decem dierum spatium coram eo ubicumque fuisset id facere posset. Ms. Bonanini Not. C.F.A.

1305. 25. Septembris

Reverendus Pater et Dominus Ottobonus

Patriarcha Aquilejensis exivit Utinum die sexto exeunte Septembri cum gente sua, et gente D. Ducis Carinthiae. Qui Dux Carinthiae pepigit foedus certis pactis habitis cum D. Patriarcha: videlicet quia Patriarcha concessit Duci loca sua, quae sunt in Carinthia; et ipse Dux promisit juvare D. Patriarcham et Aquilejensem Ecclesiam pro posse suo. Qui D. Patriarcha ivit ad S. Vitum; et Civitatenses et Utinenses et pauci Caballarii venerunt illuc.

Et praedicto die scilicet sexto exeunte Septembri Baldegardus ubi Frater Albertus Vicarius Domini; et Fratres Augustinus et Enrichus ejus socius et nobilis vir D. Zanetus miles et familiaris Domini cum filio, venerunt Sacilum, volentes D. Rizardum de Camino ex parte Domini rogare, quod Sacilum et Campum, et alia loca Ecclesiae Aquilejensis reddere deberet. Quae reddere recusavit, et praedictos Fratres et D. Zanetum cum filio ambasatores Domini super praedictis cepit, et eos incarceravit. Dominus vero Patriarcha stetit ad Sanctum Vitum; et gens sua et Ducis aliquando ante Valvasonum, aliquando ante Spengimberch et contra inimicos diebus singulis equitabant tam amicis quam inimicis nocendo, et in Medunna D. Patriarcha faciebat fieri pontem unde posset ultra flumen Cellinae transfretare, ex alia parte fluminis erat

gens D. Rinaldi cum aedificiis suis bene muni-
ta, et non permisit dictum pontem complere, nec
in aqua ponere. Treuge facte fuerunt tunc
inter D. Patriarcham et D. Rizardum usque
ad festum S. Sancti, et in vigilia Omnium Sanc-
torum D. Patriarcha redit Utinum cum gente sua

.hora Juliani

1305

Cum nonnulli ex suis subditis bona Aqui-
lejensis Ecclesie detinerent occupata et sibi ejus
mandata non curantes suis inimicis adhesissent
Ottobonus Patriarcha intendens ad recuperatio-
nem bonorum Aquilejensis Ecclesie et ad op-
pressionem rebellium mandat universis suis ha-
bitatoribus sub obtentu gratie sue, sub debito
prestiti sacramenti et sub pena feudi et
proprii quatenus ad eum apud Medunam
quanto potentius poterunt cum armis et equis
venire studeant secum contra hostes et rebelles
viriliter processuri relevantia nos etc

1305 11 Octobris

Die Lune undecimo intrante Octobri veniens
D. Paulus Capitaneus Tolmini, de Tolmino, com-
bussit maxariorum domos D. Johannis de Tayza-
no, qui erat contra D. Patriarcham; et etiam
combussit domum Camerii, qui est prope pon-
tem Metide super ripam Natisse. Ob hoc D. Jo-
hannes motus, cepit Leonardum filium Leonardi
de civitate et quendam Calefficem de ponte Bos-

rano, et duos alios, et accepit boves et armenta
et castrones bene in magna quantitate Marcellu-
tinum de Civitate, qui erant in Syndonealh in-
pascuis ipso die. Civitatenses statim miserunt
nuntios ipsi Iohanni qui relaxaret homines, et
animalia redderet. Qui cum reddere nollet eo-
dem die, et etiam die sequenti Civitatenses com-
busserunt et rancaverunt ipsum D. Iohannem
usque ad muros Castri. Chron. Iuliani

1305

Vacante in Curia Romana ob reservatio-
nem sibi a Pontificibus factam Praepositura S. Fe-
licis de Aquileja cujus redditus ultra centum
florenos auri non ascendunt, Ottobonus Patriar-
cha Clementi Quinto Pontifici suum Capellanum
et familiarem veementer proponit, eumque du-
liora commendat. Mabiracha vol. c 7.0

1305. 4 Decembris

D. Gattonespertoldus, filius Iohannis de Zuc-
cola, positis insidiis, cepit D. Odolricum de
castello in Strata alta, veniendo ipsum D.
Odolricum de Tarvisio, et capti fuerunt cum
eo nisi duo ex suis, et duxit eos ad Tres:
et in sequenti die duxit eos Zuccolam. Cepit
vero eum, quod sua causa dicebat, se perdi-
disse locum suum de Spaingenberch, et sibi
dicebat: fac mihi locum meum restitui, et
ego dimittam te. Chron. Iuliani

1305

Ob diuturnam vacationem Ecclesiae Emonensis cum jus collationis esset ad Metropolitam devolutum Ottobonus Patriarcha tunc quasi ob diversis suae Ecclesiae negotiis prepeditus Ecclesiam de nova Episcopo et Pastore providendi plenam hac vice Episcopo Justinensi concessit potestatem. Opportunum tamen credidit commendare illi quemdam Fratrem quem cum suis litteris ad eum mittebat, asserens quod si a D. Legato aut ab ordine suo licentiam habuisset acceptandi dignitatem hujusmodi ipsum suo judicio omnibus pretulisset. Ind. Tiovantia vol. C.F.O.

1305.

Ottobonus Patriarcha usque ad futurum festum S. Georgii affidat universos et singulos mercatores et alios quoscumque per terram Forijulii transitum facientes de Ponteyba usque ad mare stando eundo et redeundo in rebus et personis notificans omnibus quod jam mandaverat Capitaneo Glemonae et Gastaldioni Cormonis quatenus ~~[illegible]~~ indemnitati providerent. Melioranda vol. C.F.O.

1306

1306 2. Januarii Utini

Frater Augustinus de Escula de Ordine Heremitarum Capellanus primarius D. Patriarche et Magister Gualterus Canonicus Aquilejensis sic mittuntur ad Summum Pontificem in quem compromissum fuerat causa prorogandi terminum quo coram se comparere debebant Procuratores D. Patriarche et D. Ducis Venetorum occasione questionum que inter eos vertebantur. Meliorantia Not. C.F.O.

1306 10 Januarii Utini

Nicolettus Marescalchus D. Patriarche promittit restituere Gerardo familiari D. Comitis Goritie quinque equos eidem ablatos per D. Rodulfum de Arsa, aut dare eidem sexaginta marchas juxta eorum extimationem. Meliorantia Not. C.F.O.

1306. 22. Januarii Utini

Ottobonus Patriarcha precipit D. Odorico de Glemona Canonico Aquilejensi et D. Mattie ejus fratri quod sub obtentu ejus gratie et sub pena privationis Officii et Beneficii non audeant de cetero intrare locum de Villalta nec cum ipsis de Villalta habere colloquium absque speciali ejus licentia.

Meliorantia Not. C.F.O

1306 3. Februarii in Civitate Austrie

Discordias omnes et lites que vertebantur inter D. Iacobum Episcopum Concordiensem ex una parte et D. Gregorium Squarram ex alia, D. Ottonellus Archidiaconus et Bartholomeus Scholasticus Ecclesie Concordiensis iudices electi et arbitri, composuerunt ut infra:

I. De omnibus redditibus et proventibus pertinentibus ad dictum D. Episcopum et receptis per dictum D. Gregorium usque ad hunc diem, D. Episcopus faciat finem et remissionem prefato D. Gregorio, et idem D. Gregorius faciat finem et remissionem prefato D. Episcopo de omnibus que petere posset ab eo tam de salariis Vicedominatus, quam de denariis expensis obligationibus et penis quoquo modo sibi competentibus

II. Prefatus D. Gregorius remaneat et sit Vicedominus, defensor et Officialis ipsius D. Episcopi usque ad terminum suum, et pro salario habeat singulis annis ducentas l. [illegible] Venetorum parvorum quas recipiat de denariis provenientibus in Terra Portusgruarii

III. Pro illis nongentis libris Venetorum parvorum quas D. Episcopus dare tenebatur dicto D. Gregorio, debit et assignabit redditus ma_

feudinorum de Porbergnaria per duos annos.

IV Dictus D. Episcopus intravit, stetit, et mansit Castrum Cordovadi sine alicujus contradictione. Iohan. de Civit. Not. N. N. n. a.

1306 10 Februarii

D. Nicolaus filius D. Henrici quondam de Budrio, die iovis decima intrante Februario cum gente D. Henrici Comitis Goritiae ceperunt locum, sive turrim et partem Castri Dominorum Vedalrici et fratrum de Budrio, ejectis Dominibus. et eodem die depredati sunt villas circumjacentes, et sic munierunt eundem locum. Die octavo tunc sequenti gens D. Patriarchae, cum Utinensibus et Civitatensibus combusserunt villam de Budrio, et roncaverunt eos usque ad muros Castri, et his factis eodem die inde recesserunt.

Chron. Iuliani.

1306 21 Februarii

D. Nicolaus antedictus die octava exeunte Februario cum gente D. Comitis, et ibidem praesentibus Dominis Rodulpho de Buiano, et Iohanne de Villalta et aliis multis, non casu, sed studiose et voluntarie combusserunt Ecclesiam S. Theodori de Trivignano, ignem cum lanceis per fenestras ponendo. In qua Ecclesia combusserunt ultra quinquaginta inter mulieres

et pueros; et reperti fuerunt pueri parvi quamplures super Altare combusti. Cetera vero, videlicet Corpus Domini, Chrisma, et Oleum sanctum, et alia ornamenta Ecclesiæ, quæ ibi fuerunt combusta, quis referat nisi cum dolore et gemitu? Et in festo Beati Mathiæ tunc proxime sequenti videlicet exeunte Februario, D. Henricus Comes Goritiæ, et alii quamplures ex Castellanis iverunt personaliter Toduignanum et comburraverunt Turrim Ecclesiæ: et unus puer qui erat in Turri non valens descendere, projecit se per fenestras sive per cancellos Turris: et ita prædictis hominibus videntibus, dissolutis membris et separatis, obiit. Et duo alii homines inde similiter se projecerunt. Postea combusserunt totam villam. Die vero sexto exeunte Februario combusserunt villam Orsariæ, et villam Pozzuaccii, et duxerunt secum multos captos ex rusticis predictis. Chron. Julianum.

1306 3 martii

Ottobonus Patriarcha notificat Episcopis Suffraganeis accepisse in mandatis ab Apostolicæ Sedis Legato in Italiam misso ad reformandas et pacificandas provincias guerrarum et scissurarum discriminibus afflictas et tunc in Thesia commorantibus, ipsum una cum suis Suffraganeis infra decem dierum spatium pro [illegible] Legationis solvere eidem debere sexcentos et

duodecim florenos auri; aliquin ingressum ecclesiarum interdicerent et secundum cujusque dignitatem aut repugnantiam ad graviores etiam penas contra eos procederent.

c.f.o

1306 15. Martii.

In vigilia S. Hilarii Comes Henricus cum suis sequacibus intravit villam Talani circa Tertiam: et venerant in campum, qui est in capite campi ubi ... Redeuntes exercitus, dispersus per villam, tam equitum quam peditum, combusserunt funditus totam villam, et Caverium et Valum; et ... majorem partem ville usque ad burgum.

Chron. Juliani.

1306 7. Aprilis Utini.

Cum terminus decem dierum sibi assignatus non sufficiat ad imponendam et exigendam ab ejus suffraganeis et subditis summam sexcentorum et duodecim florenorum auri sibi impositam a Legatis Apostolice Sedis, si tales revera sunt; et guerrarum discrimina impediant nuntios mittere et pecuniam de loco ad locum transferre, Ottobonus Patriarcha sentiens se gravatum ad Summum Pontificem appellat.

p.c.u.o

1306 11 Aprilis.

Nobilis vir D. Conradus de Ortenburg

1306 13 martii

Venit gens D. Comitis apud Utinum quasi juxta portas. D. Paulus Bojani qui erat Utini currens post ipsos usque Pradamanum, et D. Casmannus de Utino cum Utinensibus, et cum multis peditibus. Et positis insidiis apud dictam villam Pradamani, ceperunt unum ex equitibus D. Pauli, et ex peditibus circa sexaginta quatuor. Et mortui fuerunt circa quatuor vel sex. Et sic ipsis praeliantibus, ibi vix D. Paulus evasit. Et etiam fuerunt quamplures vulnerati, et in terga verterunt. Chron. Juliani

venit in Utinum in auxilium D. Ottoboni Pa-
triarche, cum magna gente equitum, cui D. Con-
rados erat Capitaneus [illegible]. et
de ipsorum voluntate et consensu venit in
[illegible] die prescripto videlicet die lune:
et die iovis decima quarta Aprilis [illegible]
[illegible] D. Ottobonus Patriarcha una cum de [illegible]
[illegible] et Communitatibus et paucis Castella-
[illegible] obsedit [illegible] et tertia die
videlicet die Sabbati tunc sequenti, summo ma-
ne expugnaverunt ipsum castrum, et ad
tertiam ipsum ceperunt, et nullo [illegible]
[illegible]
[illegible] et fratres, et multos ex gente D. Co-
mitis. et fuerunt capti bene centum et vi-
ginti et plures, et ducti fuerunt Utinum. De-
inde D. Patriarcha dedit illis de [illegible] ex
Theutonicis [illegible] fecit [illegible]
cum illis de [illegible] cum quibusdam Theuto-
nicis; et [illegible] pessimo [illegible] D. [illegible]
fecit [illegible] in turri Glemone. Alii quam
plures Utinum venerunt. Et [illegible]
die Sabbati, statim capto Castro, ipsum [illegible]
[illegible]: et missa pro magistris, die Domi-
nico funditus diruerunt. et D. Patriarcha
rediit Utinum. Chron. Iuliani.

1306. 14 Aprilis [illegible]

Federicus Plebanus S. Georgii in [illegible]
castrum de [illegible] Aquilegensis Ecclesie pro-

primum per dolum et fraudem tradiderit
Henrico Comiti Goritie hosti crudeli et
persecutori manifesto ejusdem Aquilejensis
Ecclesie qui dictum Castrum detinebat oc-
cupatum et ipsius Plebani nefanda prodi-
tione postquam captivasset D. Hectorem Sa-
vorchi, Capitaneum in eo Castro ipsum
sub carcere mancipatum tenebat. Qua de
causa idem Federicus Plebanus frustra a
D. Alberto Patriarche ~~[illegible]~~ Vicario et cu-
ram se defensiones aut excusationes ali-
quas sui criminis si quas posset ostende-
ret in sue proditionis nequitia contuma-
citer perseverabat itaque dictus D. Alber-
tus Vicarius ipsum Plebanum premisso
absentem et reum de ipsa Plebe senten-
tialiter privat et ab omni Ecclesiastico be-
neficio perpetuo removet. Melior. ms. c.f.a

1306 21. Aprilis.

Reverendus D. Ottobonus Patriarcha, cum
exercitu suo exivit Utinum decima die
exeunte Aprili, scilicet die Jovis, et obsedit
Castrum Bragoli. Et quia ille de Castello, Valli-
cel D. Odolricus erat captus per Albertinum de
Zuccola, ut antea dictum est, D. Warnerus
nepos D. Odolrici predicti cum uxore D.
Odolrici et aliis Dominabus, videntes quia
se tueri non poterant, ad mercedem et
gratiam Domini venerunt; et Dominus pa-

suit ibi banderam suam, et dimisit ibi ali-
quos de familia sua. D. Artuycus praedictus
renunciavit juri seu compositioni, imo potius
conspirationi factae cum Domino Comite, et D.
Rizardo et aliis Castellanis contra Dominum
Patriarcham, et promisit nomine Sacramen-
ti, in perpetuum non venire nec facere
contra Dominum Patriarcham et Aquilejen-
sem Ecclesiam; super hoc praestitis bonis se-
curitatibus. et Dominus D. Patriarcha redit eo-
dem die Sabbati ultimum, et praedictus
D. Artuycus venit eodem die cum gente
sua serviens Domino Patriarchae.

chron. Iuliani

1306 22. Aprilis.

D. Ottobonus Patriarcha die nona exeun-
te Aprili misit venerabilem Fratrem Alber-
tum Vicarium suum generalem, Civitatem,
et octava die exeunte dicto mense, Civitaten-
ses obsederunt Castrum praedictum de Urus-
perch: et de Rubra de Tulmino venerunt
multi ad obsidionem praedictam. Rectores de
villis, qui erant in Civitate, propter guerram
[illegible] ibi omnia; secum ferentes in
circuitus ligna Civitatis, aliquando bis, aliquando
ter in die ibi revertentes. et hoc duravit,
usque ad diem quintam Maii. Et recesserunt
ab obsidione dicti castri die quinta Maii prop-
ter treugas factas, ut inferius continetur. Chron. Iuli?

1306 8. maii Utini

Quidam ex Dominis de Ragonia dixit D. Patriarche quod nunquam fuit, nec esse vult in liga cum Comite Goritie, et D. Rizardo de Camino, et de eorum sequacibus non fuit, nec vult esse; sed stare et manere vult in quantum potest ad servitium D. Patriarche, prge Dicti. Melioranția vol. C. T. o

1306 23. maii Utini

D. Ottobonus Patriarcha Investit D. Raynaldum Talicianum in villa de Cuual mansos octo; in villa Palesi mansos duos; in villa de Ronchis ultra Isoncium de manso uno et medio; in [illegible] de mansis duobus: in villa de Maris de manso uno; in Percoto de mansis quatuor in S. Stephano de manso uno; in Bicinicco de manso uno; in Lavariano de uno manso. Franc. Wasulti. C. P. o.

1306 27 maii

Facte fuerunt treuge inter Reverendum Patrem D. Ottobonum Dei gratia Aquilejensem Patriarcham ex parte una; et Nobiles viros Dominos Henricum Comitem Goritie et Rizardum de Camino cum castellanis fa-ventibus eis ex parte altera usque ad festum Sancti Martini, certis pactis sub pena duarum mille marcharum. Chron. Iuliani.

1306 5. junii Utini

Ad solvendam summam seracentorum et duo-

decim florenorum auri a Legatis Apostolicæ
Sedis Patriarchæ Aquilejensi impositum Episco-
pi Suffraganei taxantur singuli in quadraginta
florenis auri quos sub pœnis ingruentis Ecclesiæ,
excommunicationis et Interdicti infra sex dies
Venturio aut socii ejus apud Tarvisium as-
signabunt. Malivoltia Vol. c.f.o.

1306 19 Iunii

In festo Sanctorum martyrum Gervasii et
Protasii celebravit Reverendus P. Ottobonus Dei
gratia Aquilejensis Patriarcha in aurora Bap-
tisterium quod fuerat detentum per D. Rino-
ldum de Camino. Chron. Iuliani

1306 30 Iunii Utini.

Ottobonus Patriarcha mandat Abbati Glemo-
nensi quatenus illas quinquaginta tres
marchas ad solvendam procurationem Legati
Apostolicæ Sedis [sibi] clericis, [illegible] regularibus per
socius [illegible] Archidiaconatus sacilis, [equa distributione] impositas exi-
gere studeat et usque ad proximas Kalen-
das Augusti Francisco Nasuti Notario Utini
assignet. Malivoltia Vol. c f.o

1306.. Augusti

Ottobonus Patriarcha Potestati, Consilio et
Communi [Aquilejæ] mandat quatenus publice proclamari
faciant quod nullus de terris Patriarchatus
audeat Maglanum victualia ferre aut cum
ejus habitantibus aliquod inire commercium.
Liceat cuique ea auferre quæ contra prohi-

filiorum hujusmodi portaverunt, dimidia parte ablatorum Patriarchali tamen Camerae assignata; et durantibus in proterva rebellione possint a quolibet tempore offendi.

Mellorantia vol. C.7.0.

1306 Augusti.

Praecipitur illis de Vollaco quod inducant Wolcherium eorum concivem ad satisfaciendum Matthaeussio et Petro de Glemona de certa quantitate pecuniae eis debita, et hoc absque longioris morae dispendio. Alioquin contra eos licet invitus ipse Patriarcha indempnitati dictorum fratrum providere curabit. Mellorantia vol. C.7.0.

1306 15. Augusti Utini

Ottobonus Patriarcha mandat Thomae vicearchidiacono Karinthiae, quatenus pecuniam procurationis Legati Apostolicae Sedis a clero dicti Archidiaconatus exactam, pro eodem D. Patriarcha assignet nobili viro D. Conrado de Goricia, atque illos qui partem ad eos contingentem hactenus non solverunt, excommunicatos denunciet. Mellor. vol. C.7.0.

1306 29. Augusti Utini

Ottobonus Patriarcha ferendum compromissi in eum facti ab D. Rizardum de Camino per Communem et homines Civitatis Austriae ex una parte, et illos de Zucola ac Civitatenses tunc existentes ex altera super

dammis datis hinc inde et discordiis inter ipsas partes vertentibus, prorogavit usque ad proximum festum Beati Michaelis, mandans quod treuge inter eos fiant, et usque ad dictum terminum fideliter observentur c.e.t.c.

1306 2. Septembris Utini

D. Nicolaus olim Advocatus Civitatensis prestitit securitatem centum marcarum quod secundum consuetudinem Forijulii parebit juri super eo quod dicebatur fecisse insultum in personam Francisci Tassi magistri D. Patriarche, cum quibusdam sequacibus suis et eum in locis publicis vulnerasse. Meliorantia Not. C.T.o

1306. 5. Septembris Utini

Ottobonus Patriarcha remittit Baldinello Plebano S. Cassiani examen electionis Abbatisse facte in Monasterio S. Justine de Serravalle, Patriarche Aquilejensi immediate subjecto, mandans quod, premissis hiis que in talibus fieri ~~consuevit~~ solent, si sibi videbitur per electionem ipsam confirmet. Meliorantia Not. C.T.o

1306 11. Septembris Utini.

Ottobonus Patriarcha mittit D. Albertinum de Placentia Canonicum Ecclesie S. Marie de Utino familiarem suum et procuratorem ad dandum et solvendum D. Neapoleoni S. Adriani Diacono Cardinali Apostolice

Sedis Legato octingentos florenos auri pro parte solutionis collecte mille ducentorum et triginta florenorum auri imposite per ipsum D. Legatum dicto Patriarche et clero Utinensi Aquilegensis: ad petendum et recipiendum quietationem de predictis octingentis florenis auri; nec non absolutionem excommunicationis, si quam incurrisset eo quod prefatam collectam in statuto sibi termino non persolvit; et ad promittendum solvere residuum dicte collecte, videlicet florenos auri quadringentos et triginta usque ad proximum festum Omnium Sanctorum. Meliorantia Not. C.F.G.

1306 14 Septembris. In Civitate Austrie

D. Cancianus Vicarius Sacrille ex parte una et Hyuricus filius D. Bytmari Vicardi S. Viti de Contrata Tulminis ex altera parte pactum et concordium habuerunt inter se:

I Hyuricus antedictus a festo S. Michaelis proxime venturo usque ad unum annum commorabitur in domo cum dicto D. Canciano.

II. Quandocumque D. Cancianus preceperit eidem Hyurico quod vadat piscatum, aucupatum, aut venatum vel alia facere bona sua utilia, ipse bona fide illud faciet, et quidquid acquiret de piscatione, aucupatione aut venatione eas signabit et dabit D. Canciano et suo, bona

custodiat et conservabit.

III. D. Canzianus in victu et vestitu ac calceamentis providebit convenienter et in fine termini satisfaciet ipsi Aynurae de labore suo juxta suam gratiam et curialitatem. Johan. Cust. Not. c.c.F.c.

1306. 17. Septembris Utini.

Cum per D. Ottobonum Patriarcham de ecclesia seu Praepositura S. Petri de Carnea cum Ecclesia Plebis S. Marię de Glemona unio facta fuerat, titulum ipsius Praepositurę praefigendo dictae Ecclesiae S. Marię de voluntate Manni de Caporiaco dictę Praepositurę Praepositi et quorundam Canonicorum Praepositurę ejusdem et ad instantiam D. fratris Alberti de Ramandello qui tunc in ecclesia pręedicta habebatur pro Plebano certis conditionibus et pactis appositis in eadem ut in nota magistri Walteri dicitur contineri: cumque nuper ad notitiam ipsius D. Patriarchę pervenerit quod ante hujusmodi unionem per summum Pontificem Plebes S. Marię collata et data fuisset D. Widoni de Canua ac etiam unio pręedicta in damnum Aquilejensis Ecclesię esse videatur specialiter ad destructionem Contratę de Carnea quę est de potioribus et utilioribus membris Aquilejensis Ecclesię: idcirco dictus D. Patriarcha

unionem eandem revocavit et nullius de cetero esse voluit valoris ac momenti irritans pariter et cassans instrumenta et scripturas omnes prefati magistri Walterii super unione predicta, et mandans Preposituram et Ecclesiam predictas in suis honoribus et statibus per omnia et in omnibus permanere ut esse solebant et erant ante unionem predictam.

Franc. Narutti C. F. C.

Die penultima Octobris fuit in Civitate magna tempestas in crepusculo, ita magna ut ... diei sequenti ... locis poterat colligi cum conchis per vias; et destruxit tectos et ... eius ... tempore illo, et fecit magnum damnum. Chron. Iuliani.

1306. 12 Novembris in Portugruario

D. Ottobonus Patriarcha Officium audientie

2 et Appellationes, ut moris est, in Terra Portusgruarii commisit D. Philippo de Laurentia usque ad voluntatem suam qui iuravit dictum Officium fideliter exercere. Franciscus Narutti Not. C. P. O.

1306. 12 Novembris. In Portugruario.

D. Ottobonus Patriarcha Officium Gastaldie Portusgruarii Lanfranco Barandello de Pla-

3 centia usque ad sue voluntatis beneplacitum manu propria investivit qui iuravit dictum officium ut moris est, et per Gastaldiones dicte Terre fieri debet, fideliter in omnibus et legaliter exercere. Fran. Narutti Not. C. P. O.

1306. 12 Novembris in Portugruario.

Venerabilis vir D. Iacobus Episcopus Con-

1 cordiensis per aliquos super regimine Terre Portusgruarii in temporalibus precipue fac-

vat plures impeditus, et de dicta Terra non semel, imo plures [illegible], [illegible], et [illegible] [illegible] quod erat in damnum non modicum et gravamen dicti D. Episcopi et hominum Terrae praedictae. Volens igitur sibi et hominibus dictae Terrae super praedictis salubriter providere, de communi voluntate hominum Terrae praedictae, cum D. Ottobono Patriarcha ad talem compositionem et pactum devenit

I. D. Patriarcha habeat totam jurisdictionem in temporalibus quam ipse D. Episcopus habet de jure in Terra et districtu Portusgruarii.

II. D. Episcopus titulo compensationis habeat a D. Patriarcha Gastaldiam, seu Gastaldiam Gastaldiae, de Antro ita ut D. Patriarcha omni anno in festo S. Georgii ad requisitionem D. Episcopi illi cui voluerit dictam Gastaldiam investiat qui jurabit dictam Gastaldiam fideliter et legaliter exercere et praestabit in manibus D. Patriarchae idoneam securitatem de reddenda ratione de redditibus et juribus dictae Gastaldiae exceptis dumtaxat juribus et officium Gastaldi spectantibus de quibus D. Episcopo respondebit.

III. Idem D. Patriarcha habeat mutam quam dictus D. Episcopus habet in Terra praedicta cum juribus ad ipsam spectantibus, et pro ea D. Patriarcha dabit annuatim ipsi D.

episcopo centum et quinquaginta libras vene-
rensium parvorum de redditibus et proventibus
Gastaldiae de Aulisa. Franc. Vacelli Not. c. P. o.

1306. 12. Novembris in Portugruario.

D. Ottobonus Patriarcha mutam suam Ter-
rae Portusgruarii Arnoldo de Portugruario ea-
4 que ob beneplacitum suae voluntatis manu
propria investivit. Qui juravit dictam mutam
ut moris est fideliter exigere, et de omnibus
quae recipiet D Patriarchae aut suis Officialibus
reddere rationem et satisfacere. F. Vacelli Not. c. P. o.

1306 18 Novembris ibidem.

D. Ottobonus Patriarcha nomine suo et Aquile-
jensis Ecclesiae nec non nomine et vice omnium
Communitatum, universitatum et singularum per-
sonarum totius Patriarchatus constituit D Petrum-
bonum de Bononia suum Procuratorem in om-
nibus causis et quaestionibus quas habet cum
Venetis. Meliorantia Not. C. F. O.

1306. 8 Decembris Utini

D Ottobonus Patriarcha et ejus Con-
siliarii auctoritate eis in pleno Par-
lamento tradita firmant et statuunt
quod de aliqua violentia seu extortio-
ne terminus demonstrationis dari de-
beat nisi ille qui fecerit violentiam
seu extortionem jurare voluerit se ne-
scire locum ubi dicitur factum fuisse
extortionem antedictam, salvo si de

Monasterii petatur terminus demonstra-
tionis in quo casu uti moris est, assi-
gnari debet. Franc. Nasutti. C.P.a. /

1306 11 Decembris.

Reverendus Pater D. Ottobonus Patriarcha, con-
secravit majus Altare praedicti Monasterii aedi-
ficati et facti per Lucillettum de Utino et dotati
amore Dei et pro suorum remissione peccatorum.
Et eodem die primo inclusit ibi quatuor Sorores
scilicet duas quae reclusae fuerunt de Monasterio S.
Clarae de Civitate, et duas de Monasterio Glemonae.

Chron. Iuliani

1306 17 Decembris.

Visis Privilegiis a suis Praedecessoribus con-
cessis Nobilibus de Montereali, D. Ottobonus
Patriarcha commisit Gregorino Notario suo
ut scribat litteras ex parte sua Gastaldioni
de Aviano quod non molestaret dictos
Dominos de Montereali in eorum bonis

A. M. U. C.

1307.

1307. 31 januarii

Paganus de la Turre Episcopus Padua-nus protestatus est quod paratus erat venire et interesse Concilio Provinciali dum-modo sedes prima ad dexteram Patriarchae sibi debita et Ecclesiae suae eidem occupandam assignaretur; verum cum D. Patriarcha eam alteri dederit dictus Episcopus se ipsum et jura suae Ecclesiae protectioni supponit et defensioni Legati Apostolicae Sedis et ad eum appellat. Gabriel. A. C. U. D.

1307 ... februarii

Illas ducentas libras parvorum quas moriens Ventucius fatti de Florentia con-ferens est Fabricae de male ablatis in Aquileja, Ottobonus Patriarcha disponit con-vertendas esse in fabricam Ecclesiae Fratrum Heremitarum S. Augustini de Trevisio. Me-liorantia Vol. c f o

1307 Februarii

Ottobonus Patriarcha committit Fratribus Here-mitanis loci S. Margaritae de Trevisio quod quas-cumque poenitentes, qui contra ipsum Patriar-cham et Aquilejensem Ecclesiam fecissent, possint, secundum Ecclesiae formam, absolvere, et eis pro culpae merito poenam injungere salu-tarem. Meliorantia Vol. c f o

1. 1307 1° Februarii Aquilejæ

Nicolaus de Savolia sub pœna centum marcharum promittit stare et parere juri super excessu per ipsum et ejus socios, ut dicitur perpetrato in strata D. Patriarchæ contra Episcopum Justinopolitanum. Relievus c. X.

1307 1° Februarii Aquilejæ

Ottobonus Patriarcha et septem alii Episcopi illis omnibus vere pœnitentibus et confessis qui ad Monasterium S. Claræ de Utino noviter constructum in die Dedicationis ejus Ecclesiæ et infra octavam devote accesserint et manus porrexerint caritatis quilibet eorum Indulgentiam centum dierum misericorditer concedunt, et quadraginta dierum illis qui hoc ipsum fecerint in Dedicationis anniversario c. X.

1307 7. Februarii Aquilejæ.

Presbiter Johannes Cremonensis Capellanus Altaris S. Danielis majoris Ecclesiæ Paduanæ procuratorio nomine D. Episcopi Paduani, et nomine et vice Cleri et Diocesis, nec non Potestatis, Antianorum, Consilii et Communis Paduæ protestatus est coram D. Patriarcha illum injuste ac indebite in Concilio Provinciali nuper Aquilejæ celebrato locum primum sedendi ad ejus dexteram contra morem suorum Prædecessorum D. Episcopo Paduano denegasse in præjudicium eorum omnium

et gravamen. Quapropter ea ipsas et jura ecclesie Paduane protectioni et defensionis legati Apostolice Sedis subjiciunt et ad eum appellant. Gabriel A. C. U. O.

1307 ... Aprilis Faventie

Neapoleo S. Adriani Diaconus Cardinalis Apostolice Sedis Legatus annunciat Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Decanis etc. se pro colligendis procurationibus secundi anni sue legationis destinasse Petrum Mansini de Florentia. eosque omnes hortatur ut eum benigne excipiant et de necessariis expensis provideant scientes quod eum sex Turonenses grossos duntaxat recipiendos ab eisdem pro singulis diebus taxavit. Gabriel. not. A.C.U.O.

1307 21 maii. Padue

Paganus de la Turre Episcopus Paduanus notificat Patriarche, et Capitulo Aquilejensi, Decanatum Ecclesie Aquilejensis tunc vacantem per resignationem presbiteri Avanti collatum fuisse per D. Neapoleonem Apostolice Sedis Legatum D. Gulielmo nato D. Henrigini de Cremona Archipresbitero Ecclesie S. [illegible] de Sarmatia Paduane Diocesis; hortaturque eos ut infra sex dierum spatium in possessionem Decanatus predicti eum libere admittant. Johannes not. A.C.U.O.

1307. 7. Junii. Cortone

Cardinalis Neapoleo, Apostolice Sedis Le_

gatus opportunum existimaverat nonnulla
conferre cum D. Ottobono Patriarcha super sta-
tu suae Ecclesiae, quae, ut ferebatur, ejus culpa
magnis perturbationibus jactabatur et super
negotio suae legationis hinc commisit Archidia-
co Aquilejensi ut Patriarcham ipsum citaret
ut coram eo infra datum terminum perso-
naliter comparere deberet. Archidiaconus
D. Legati mandata exequi volens misit Civi-
tatem Austriae, ubi tunc Patriarcha morabatur
Nuntium suum juratum qui litteras citato-
rias eidem praesentaret. Hoc praesentiens Pa-
triarcha januas suae habitationis claudi ju-
bet et Nuntio frustra expectanti et multa
minanti ingressum non permisit. Nuntius
illa discedens Ecclesiam principalem adiit et
coram multis postquam protestatus esset negatum
fuisse sibi Patriarcham videre litteras praedic-
tas super majus Altare deposuit. Spargitur
illico per Civitatem rumor unde Patriarcha
vocatis familiaribus Nuntium procacem ar-
mis insequi jubet et vinculis constrictum
in suis manibus reponi. Qui cum nullibi
eum invenirent adeunt Aquilejam ut si
quo in loco Archidiaconum viderent in eum
irruerent et captum ad eum ducerent. Ve-
rum Archidiacono ibidem quaesito et non
invento, domum ejus invaserunt fran-
gentes securibus portas et ostia, vinum

equos, supellectilem depredantes abstulerunt.
Post hujusmodi excessum et elapso jam diu
termino sibi assignato Patriarcha predictus
misit quidem magistrum Milanzium de Bono-
nia procuratorem suum ut de ejus contuma-
cia eum accusaret et legatus ejus allega-
tiones tanquam frivolas imo vero illuso-
rias non admisit sed ut ejus pervicatia la-
culentius omnibus innotesceret et ipso fu-
stius in ejus arrogantiam seviret, Patriar-
chaliquem iterum citari fecit ut coram se
Cortone infra duos menses in judicio se siste-
ret de premissis responsurus iterum et ad ejus
notitiam et omnium fidelium hujus citationis
processus perveniret illum ad portas Eccle-
sie S. Andree de Cortona affigi fecit et man-
davit Episcopo Paduano ut per suas litteras
Patriarcham ipsum de predictis omnibus cer-
tiorem faceret. Gennari.

1307 29. Junii Utini

Ottobonus Patriarcha notificat Eulici-
mine Gastaldioni Consilio et Comunibus
Civitatis Austrie se jurasse et firmasse pa-
cem perpetuam cum D. Rizardo de Camino.

Cumque inter pacis conditiones statutum
esset quod Commune Civitatis simul et Co-
mune Utini locum Sacili et fortilicium
ejus retinere et servare deberent usque ad quatuor annos ipsius
Patriarche expensis, mandat eis quatenus

constituunt sibi in eorum procuratorem
et nuntium D. Conradinum quondam D. Phi-
lippi qui cum Fulchero de Savorgnano, Odor-
lico Longo, Paulo quondam Bojani, Philippucio
D. Guercii, Thomado de S. Petro et Iohanne
quondam Ottonelli omnibus de Civitate juran-
tes pacem praedictam inviolabiliter obser-
vare nec locum Sacili alicui aperire aut
claudere in damnum ipsius D. Rizzardi, et si
infra dictum tempus D. Patriarcha vellet mo-
vere guerram dicto D. Rizardo ipsi eidem
non praestabunt nec consilium, nec auxilium
nec favorem. Hub. not. C.C.F.C.

1307 30 Iulii ctm

Omnes de Villalta; Gabriel, Poridoeus
Nicolaus et Albertus de Prata; Odorlicus
de Castello; Aldrigonus et omnes de Pol-
cinico; Federicus de Varmo et Asquinus
eius nepos; Federicus de Pers, Fran-
ciscus et Nicolaus de Rivarotta, Vardu-
gus et Asquinus de Mels, Matthiusius
de Colloredo; Pertoldus, Federicus et Fran-
ciscus de Toscano omnes ministeriales
D. Ottobonii Patriarchae vocantur ad juran-
dum pacem perpetuam quam ipse die
hodie praeterita fecit cum D. Rizardo
de Camino. Hermannus not. C.F.C.

1307 19. Septembris ctm

Cum pro sedandis guerris et ~~distrubis~~ perturbationibus

magnatis et aliis quae vertebant inter D. Ot-
tobonum Patriarcham ex una parte et D. Rizzar-
dum de Camino Capitaneum Tarvisii ex altera
per tractatores pacis conventum fuerit quod
Terra Sacili et omnia ejus fortilitia deberent
per ipsum D. Patriarcham consignari et dari
in manibus Communitatum Utini et Civitatis
et inter fortilitia dictae Terrae domus aliam et
curia quae Conradus Pelizza tenebat in habita-
tionem ab ecclesia Aquilejensi dari et consignari
deberet predictis Communitatibus et dictus Con-
radus supplicaverat quod de ejus domo pri-
vari non vellent: D Patriarcha volens omnia
adimplere quae in tractatu pacis hujusmodi con-
tinebantur, in cambio ipsius domus assignavit
eidem D. Conrado castrum seu locum de Turre
Aquilejensis ecclesiae, situm ultra Tulmentum
inter Portumnaonis et Curtemnaonis cum fos-
satis, garitu, juribus et possessionibus omni-
bus ad ipsum castrum spectantibus donec dicta
domus de Sacilo eidem Conrado sine diminu-
tione aliqua fuisset restituta. Qua restitutione
facta, castrum predictum redeat in ipsum
Patriarcham et ejus Ecclesiam. Joannes vol. XXX

A 86.

1307 novembris

D. Ottobonus Patriarcha ejus vita durante con-
cedit de gratia speciali Priori et Conventui Mo-
nasterii S. Helenae de Venetiis quod de rebus

et bonis dicti Monasterii que facient portari per aquam Brente, quadragesimum seu pedagium aliquod in loco de S. Ilario solvere non debeant, mandans suis Officialibus sub obtentu sue gratie quod eos aut eorum nuncios molestare aliqualiter non debeant. Meliorantia Not. c.7.a

1307 7. Novembris. In Monasterio Moxacensi.

Magister Dominicus Plebanus Variani de mandato D. Patriarche diligentem inquisitionem et examinationem fecerat contra D. Bartholdum Abbatem Monasterii de Modio super multis et diversis criminibus de quibus fuerat graviter diffamatus coram D. Patriarcha, nec aliquid invenerat propter quod infamiam et penam sustinere deberet. Ideo auctoritate sibi tradita a D. Patriarcha, Abbatem predictum absolvit, et precepit ut in suo statu et regimine pacifice permaneret. Meliorantia c.7.a

1307 1° Decembris Utini.

D. Ottobonus Patriarcha constituit magistrum Vattorum Canonicum Aquilejensem procuratorem suum et nuntium in causa quam sibi movebat coram D. Legato Apostolice Sedis D. Paganus Episcopus Paduanus super eo quod dicebat se in Concilio Provinciali sedere debere in primo loco ad dexteram D. Patriarche. Meliorantia Not. c.7.a

1308.

1308. 19 Ianuarii in civitate [illegible].

In consilio Civitatis, Federicus q. [illegible] de Utino procurator Iohannis olim [illegible] [illegible] de Utino, protestatur quod cum habuerit [illegible] custodiam Sacili, et specialiter nomine Com[illegible] [illegible] munis Civitatis domum q. Conradi Patris [illegible] nolebat ulterius retinere, sed ipsum [illegible] resignabat. Respondit Consilium Civitatis; in [illegible] tractatu pacis inter d. Patriarcham [illegible] parte et d. Riccardum de Camino [illegible] tera ordinatum fuisse quod Terra Sacili [illegible] esse debeat in custodia Communitatum [illegible] [illegible] et Civitatis, et nomine Civitatis comm[illegible] [illegible] inter electum fuisse Capitaneum [illegible] dum [illegible] qui est paratus ire Saci[illegible] lum, datis sibi expensis, et quod non re[illegible] cipiebat aliquam resignationem. [illegible]

1308.

Dux Austrie nomine Albertus, dum Rex Romanorum nomine Adulphus misisset [illegible] tios ad dictum Ducem quia volebat eum [illegible] visitare [illegible] ne [illegible] [illegible] nirent, per legatos respondit et quomodo [illegible] non erat conveniens quod Dominus visita[illegible] ret subditum, sed subditus Dominum, unde [illegible] intendebat ipsum visitare, et consurgens [illegible]

habito auxilio Regis Bohemiæ cognati sui et Regis Hungariæ germani sui cum magno exercitu ivit in Sueviam, ubi Rex prefatus erat cum maximo exercitu. Cum Rex esset citatus per Principes et Electores opponentes quod non poterat esse Rex, et ipse non comparuerat, deposuerunt eum, et elegerunt D. Ducem in Regem Romanorum, et Dux clamabat se Regem. Tandem bello subsecuto Rex Adulphus in bello interfectus est, et dictus Rex Albertus cepit regnare qui fuit tandem per ejus nepotem interfectus, et post eum fuit electus in Regem quidam nobilis nomine Henricus, qui regnavit parum post coronationem quia toxicatus fuit. Memor. Odorici et a Portunaonis. O.

1308. 8. Martii.

Apparet ex quodam Privilegio concesso per Albertum Romanorum Regem dato sub anno MCCCIV. Rainerio et fratribus de Varzone quod valentes habere feuda habilitantur et imperatore, adeo quod ipsi et eorum liberi masculi semper in antea in honorum capacium feudorum numero habeantur ac si ad hoc de utroque parente geniti essent apti. Arch. Nob. A.C.U.Z.

1308. 1° maii. Utini

Ottobonus Patriarcha confirmat jus Patronatus in Plebe de Baldramsdorf, Meinardo, Ottoni et Alberto fratribus Comitibus de Ortemburg. Mittheilungen etc. 1854

1308. 8. maii. in Civitate Austrie

D. Solecanus Sartaldio et Consilium Civitatense constituunt eorum Procuratores D. Odorlicum Longum, Conraducium q.m Philippi de Galluciis et Bertolotum notarium ad comparendum coram D. Ottobono Patriarcha, et ad consulendum sibi pro dicto Communi super tractatu qui dicitur fieri inter D. Patriarcham ex una parte et D. Henricum comitem Goritie ex altera, et super rebus aliis de quibus requisiti fuerint; et si opus fuerit ad firmandum cum aliis Communitatibus Foroiulii que inter ipsos Dominos Patriarcham et Comitem ordinata fuerint ... premissa. Rubeis 869

1308. 9. maii. in Civitate Austrie

D. Odorlicus q.m D. Johannis Longi procurator D. Johannis q.m D. Pellegrini de Paludnico tanquam majoris et senioris domus de Paludnico petit se investiri de feudis que domus sua de Paludnico recognoscit tenere a D. Jacopo episcopo Concordiensi offerens prestare homagium et juramentum fidelitatis. Ant. vol. A.C.U.C.

1308. .. Maii.

Interfectus fuit Romanorum Rex nomine Albertus per quendam nepotem suum nomine Iohannes. Causa potissima fuit quod male tractabat eum jura sua paterna requisitus consentire. Memor. Odorici.

1308. .. Maii.

D. Walterpertoldus, D. Henricus de Pramperga, et D. Odoricus de Cucanea violenter intraverunt Civitatum et acceperunt portas, sed eas non potuerunt obtinere, nam interfecti fuerunt duo ex sociis eorum, alii autem expulsi sunt de Terra. Chron. Spilimb.

1308, 14. Maii.

Post prandium, hora dormitionis, nobiles viri Domini Henricus de Pramperga, et Odolricus de Cucanea venerunt in subsidium Dominorum Valterpertoldi et Bernardi fratrum, filiorum quondam D. Iohannis de Zucola: et cum apparatu satis magno intraverunt Civitatem hoc modo. Iacobus filius quondam D. Odolrici de Budrio et Pertoldus de Fagedis cum quibusdam aliis eis faventibus, ceperunt hora predicta portam S. Silvestri, pavescentibus custodibus, qui videntes quod futurum erat, volebant serrare, et statim ascenderunt domum de Portis et factis signis cum gladiis primo super portam S. Silvestri, intraverunt quidam

qui erant in burgo S. Silvestri, de familia [illegible]
D. Pauli Bayani, qui erat in inimicitiis illorum [illegible]
de Turre et stabat Zuccule. Deinde desuper tu[illegible]
rim de Portis; et videntibus illis de Zuccula [illegible]
sicut antea tractatum erat, cum magno im- [illegible]
petu descenderunt, et intraverunt Turrim. Cunct[illegible]
vero fuerunt in Turre D. Valtemespertoldus [illegible]
cum Paulo Bayano et cum octo vel decem ho- [illegible]
minibus iverunt per infra muros apud sola[illegible]
rium, et ibi balistatus fuit D. Candidus de Ca[illegible]
mersio. Et cum nullus traheret se prope eos, ut [illegible]
forsan credebant, per eandem viam reddierunt [illegible]
abinde. Apud domum D. Odolrici Longi factum [illegible]
erat quoddam obstaculum; et ibi nostri cum [illegible]
eis se ballistabant. Et de domibus et turris [illegible]
Philippi et Luvisini fiebat magna defensio [illegible]
cum lapidibus; nec ulterius fuerunt permis[illegible]
si transire, excepto D. Odolrico de Cucanea, [illegible]
qui cum Thomasuto ejus familiari de Cu[illegible]
canea, qui banderam portabat, et forsan [illegible]
sex vel octo aliis. Cum impetu venerunt ad [illegible]
forum, et ibidem Thomasutus predictus fuit [illegible]
occisus, dimissa bandera. Et D. Odolricus re- [illegible]
diit cum aliis ad suos per Preposituram. [illegible]
Fratres Predicatores composuerunt inter par[illegible]
tes, facientes treuvas, ad hoc ut recederent; [illegible]
et illi stantes per Nuncium qui venit de Zuc[illegible]
cula, qui eis denunciavit quod nolis venirent [illegible]
subsidium de alino, acceperunt treuvas et re[illegible]

cesserunt cum magno damno equorum
et etiam multi ex eis fuerunt cum ballistis
et lapidibus de tectis vulnerati, unde obierunt;
sed nullus remansit in Civitate mortuus, nisi
si solus Thomasutus supradictus. Sequenti ve-
ro nocte, acceperunt equos de Nevvas. Eden
vero predicta, statim D. Patriarcha misit par-
tem suam Civitatem: et sequenti die, et aliis
diebus projecte fuerunt ad terram domus
predictorum Dominorum de Zucula: et accep-
tum fuit quod erat intus; et mater ipso-
rum Dominorum inde ejecta, et ivit Zucula
lam cum suis Domicellabus. Domus vero
suam, quatuor domus Pauli Bayani, ...
domus Jacomuti filii quondam Dominici de
Venzono qui fuit cum eis, et turris D. Marquardi
de Pramperga fuerunt dirute. Domus
quondam Odorlici de Andrio non fuit pro-
jecta ad terram ideo quia pertinebat ad
matrem Jacobi: tamen quidquid intus re-
pertum fuit, fuit acceptum. Insuper quia
Simon, filius Henrici D. Varzetta, fuit cum
eis, acceptum fuit illud quod mater ha-
bebat in domo, absente Henrico a Civitate.
Et etiam quia Philippus filius D. Conradi quon-
dam D. Philippi, fuit cum eis, habitus fuit
suspectus ipse D. Conradus, et per familia-
res Domini de Salaco Castaldionis et Consilii
fuit citatus, qui statim comparuit, et

dixit quia ille filius suus non erat in guerra sua, nec stabat cum eo. Accepta vero ejus excusa, tamen habere voluerunt domum ejus, quae est iuxta Zuccolam, et illam in suam custodiam Cividatenses posuerunt. Tandem vero Patriarcha misit pro ipso Conradicio alium, qui statim fuit, et apud Sprengenbergum stetit per aliquot dies. Videns ergo Dominus ipsum inculpabilem, venit in Civitatem, mandans Communi quod sibi domum suam redderent, accepta ab eo bona securitate, quod illam inimicis non daret, nec eis favorem vel auxilium impenderet; quod et factum est. Chronicon Juliani.

1308 - 22. Maii. Utini.

Ex frequenti et clamosa insinuatione tam Abbatis monasterii S. Mariae in Organis de Verona Aquilejensi Ecclesiae immediate subjecti, quam etiam monachorum ejusdem monasterii se ad invicem diffamantium ad aures D. Ottoboni Patriarchae pervenerat quod idem Monasterium propter malitiam et incuriam dictorum Abbatis et Monachorum erat in spiritualibus et temporalibus adeo difformatum quod nisi ei celeriter succurreretur irreparabile incurrere poterat detrimentum nam idem Abbas bona ejusdem monasterii dilapidaverat enormiter et duos monachos contra voluntatem sui capituli receperat

et insuper tam ipsa quam Monachi instituta
regularia non observabant, et aliis et diversis
criminibus involuti esse dicebantur per quae Deus
offendebatur et scandalum in populo generaba-
tur. Quapropter D. Ottobonus Patriarcha commisit
D. Episcopo Vicentino quatenus auditis partibus
quae sibi videbuntur ad dicti monasterii refor-
mationem necessaria ejus vice decernat. Me-
liorantia Not. c. 7. a

1308. 28. maii Utini

Cum propter proditionem D. Otti et fratrum
ejus de Los quam ferebantur commisisse ca-
piendo Capitaneum ipsius D. Patriarchae in Los
et castrum praedicti loci dominibus D. Comitis
Goritiae assignando in maximum damnum et
praejudicium D. Patriarchae et Ecclesiae Aquile-
jensis: feudum unius mansi quod dicti
fratres habebant in Los Aquilejensi Eccle-
siae esset devolutum. D. Patriarcha credens
sibi et dictae suae Ecclesiae fidelem vassallum
acquirere, D. Nicolaum q.m Conradi de Hun-
gerspach de praedicto feudo per fimbriam
suae clamidis de speciali gratia investivit.
Praesentibus Dominis Raynaldo de Faleriano
marescalcho et Francesco de Castronovo Vi-
cedomino. Meliorantia Not. c. 8. a.

1308. 11. maii

Illi de Zuccula fluctuo accesserunt Gon-
numbach ante diem; et ibidem ipsis cris-

tantas, multa mala fecerunt. qualiter

restitutum fuit illis de Pertis, infra dicetur. Chronicon Iuliani.

1308. 31 maii in Civitate Austrie

Conradusius quondam D. Philippi de Sallas

etc promittit D. Alberto Abbati Sumaquensi

Vicario D. Patriarche, quod erit bonus et

legalis ipsi D. Patriarche, et Communi Civita-

tis; et eis serviet iuxta posse, et custodiet

domum suam quam habet in dicto burgo

non dando illam illis de Zuccula vel eo-

rum sequacibus hinc ad annum venturum, salvo si ante finiatur guerra in-

ter D. Patriarcham et Civitatem ex una

parte et ipsos de Zuccula ex altera. Ro-

landus Not. Aviled. R.

1308. 2. iunii Verone.

Omnebonus Monachus Monasterii S. Marie

in Organis celebrans divinum officium, ex

parte D. Iosephi de la Scala Abbatis monaste-

rii S. Zenonis de Verona, et ex parte D.

Alberti Abbatis S. Marie in Organis denuntiat

excommunicatos Fratrem Guillelmum, Fratrem

Bartholomeum Zocham, Fratrem Nicolaum

et Fratrem Marcelianum confratres et mo-

naches Monasterii S. Marie in Organis eo

quod eis obedire renuentes stabant extra

monasterium et eos in omnibus et per omnia contemnebant. B.A.u.c.

1308. 2. Junii.

Henricus quondam Bartholomei de Trusso
vendit Volframo de Zucola unum man
sum situm in Poz prope Gradiscam jure
feudi D. Ducis Ludvig. ex Notul. Belloni B. ...

1308. 9. junii Utini

D. Ardengus de Parma Procurator Domi
norum Walteripertoldi de Spilimbergo, Odori
ci de Cucanea et Henrici de Prampergo,
cum instantia rogavit et requisivit D. Pertol
dum de Trisano Marescalchum D. Patriarche,
in generali Colloquio ad hoc specialiter de
putatum ut prorogaret terminum ad
diem hodiernum assignatum antedictis Do
minis quorum erat Procurator, salvis om
nibus defensionibus et excusationibus eo
rum. Qui D. Pertoldus terminum hujusmo
di usque ad crastinum proximi venturi
festi B. Petri prorogavit cum voluntate
magistri Francisci Procuratoris D. Patriarche
et omnium de Colloquio sub spe pacis et
concordie reformande vel c. f. c.

1308. 12. junii in villa Castellani de sub strata.

Coram Dominis Federico, Meynardo et Odo
rico de Villalta quos sibi in arbitros elegerunt
D. Odoricus de Castello ex una parte et Domi
ni Antonius, Gerardus et Johannes ejus ne
potes ex altera sedentes sub arbore platee Castel
lani et convocatis ibidem omnibus eorum

servis tam masculis quam feminis quos
habent in Purpeto, Cavlins, Olegnano, Tavcento,
Porrecla, S. Maria la Longa et alibi scribunt s.
eorum nomina et omnium filiorum et fili-
arum cum omnibus eorum bonis mobilibus
et immobilibus videlicet propriis, feudis, livellis
et honoribus de masnata: deinde per alios
eorum servitores ac homines ad hoc depu-
tatos in duas partes eos dividunt ita quod
quilibet ex ipsis coquestrans possit quod suum
est et eo utatur pro sue libito voluntatis.
Iacobus Not. c f.c.

1308. 30. iunii. Utini

D. Ardengus de Parma procurator Dominorum
Henrici de Prampergh, Odorlici de Cucanea et
Waltherpertoldi de Spegnimberge petit a D. Portol-
do de Tricano marescalco D. Patriarche in gene-
rali colloquio ad hoc deputato, ut terminum ho-
dierum ad unum mensem proximum de gra-
tia speciali prorogaret. Ad quod, habito consi-
lio cum magistro Francisco Procuratore D. Patriar-
che cum pluribus D. Portoldus assentivit, D. Ar-
dengus procuratorio nomine antedicto facit tre-
guas D. Patriarche, et suis usque ad octo dies
post mensem aut terminum antedictum. Ma-
linvantla Not. c f.a.

1308. 26. iulii in Civitate Austrie.

D. Sclesanus Gastaldio et Consilium Civitatis
Austrie constituunt Dominos Federicum de Portis,

Philippum q.m D. Quanis, Sacristanum nepotem magistri Walteri et Thomadum de praedicto Petro de Civitate eorum procuratores et nuncios ad faciendum et firmandum perpetuam pacem et concordiam cum Dominis Wolterapertoldo et Bernardo fratribus de Zuccula, Henrico de Prampech, Odorico de Cucanea, Iacobo de Bandeio et Paulo q.m D. Boyani et omnibus aliis sociis de Civitate et eorum coadjutoribus, servitoribus et amicis, nec non de damnis et injuriis hinc inde illatis compromittendum in D. Ottobonum Patriarcham et D. Rizardum de Camino Auton. Nob. Portis c.

1308. 12 Augusti

Ottobonus Patriarcha per suas litteras dat licentiam Civitatensibus ut ineant ligam et confoederationem cum D. Odorico de Castello et Dominis de Prata, de Porcileis, de Villalta, de Varmo, de Strassoldo, de Rivarotta, de Melo, cum Dominis Federico de Pinis et Cavernano de Savorgnano et cum Commune Tergesti, nec non ad firmandum cum iis, vel cum aliquibus eorum pactum de defendendo se ad invicem contra quamcumque personam, excepto Patriarcha. Aut. Nob. Al.c.mc.

1308. 29 Augusti.

D. Ulvinus de Canussio fatetur se habere in feudum a D. Patriarcha totam villam de Oltra, totam villam de Iainich; item Cassinam Sophumbergi jure habitantiae una cum tenamento pene manco. Aut. Nob. Al.c.mc.

1308. 29. Augusti Utini

F. Ottobonus Patriarcha terminum compromissi facti in eum et D. Ricardum de Camino per commune et homines civitatis ex parte una et illos de Zuccola ac civitatenses (?) hinc exturni secus ex altera usque ad proximum festum nativitatis B. Mariae Virginis super dannis de tis hinc inde et discordiis inter ipsas partes vertentibus prorogavit usque ad proximum festum ac S. Michaelis [illegible] per commune et homines civitatenses treugas (?) [illegible] praedictis de Zuccula et eorum [illegible] usque ad praedictum S. Michaelis festum, et inviolabiliter observentur. Aub. Not. c. 70.

1308. 4. Septembris.

Afflicti fuerunt Veneti in mare per Ioanenses. in quo conflictu capti et mortui sunt ex parte Venetorum quasi decem mille. multi nobiles mortui fuerunt: eorum Capitaneus erat quidam Nobilis Venetus nomine Andreas Nole (?). in anno sequenti facta fuerunt treuguae inter eos per decem annos. Odor. a Port. 0.

1308 9. Septembris

Civitatenses constituunt procuratores, Varnerium Fulcherum de Savorgnano, Gulielmum mapiz (?) fr. Walteri et Iohannem q.m F. Salanqano (?) ad conveniendum cum liberis, ministerialibus et communitatibus Terrae Forijulii et de consensu Patriarchae faciendum cum eis ligam. Aub. Not. h. c.

1308. 12 Septembris Utini

F. Ottobonus Patriarcha Stephanum [illegible]

vitum Gertrudis nepotis olim Corradi de Uti[illegible]

no de speciali gratia investit de feudo [illegible]

possessione seu feudo ministerii portandi libera[illegible]

ut ipse Corradus habere consuevit in Utino et [illegible]

in Favella Utini. Mattheum. Not. C. F. O.

1308.

Templarii fuerunt comprehensi circumcirca 1308 6 Octobris. Spoliati [illegible]

bonis, et aliis spiritualibus, omnibus habitis [illegible] de [illegible] spectantibus et cum multis, importantibus, [illegible] Dilutis, pariis fictionibus, gravi [illegible] et jurisdictione

rebellibus de quibus nefandum est dicere. et

mense octobris Templariorum ordo depositus est [illegible] iure, recti et legali fundi facta per F. Ottobonum Patriarcham F. Henrico Comiti Goritiae. Ex Tabularis Cortiniano [illegible]

ect. Odor. a Port. o.

1308. 17 Octobris Utini.

Ottobonus Patriarcha sub obtentu suae gratiae

mandat Scherano Gastaldioni Consilio et Communitati

Civitatis Austriae ne molestent massarios suos et

capituli Civitatensis et monasterii majoris et alio-

rum ecclesiasticorum personarum existentium

in Gastaldia Civitatensi imponendo eis custodias

nocturnas quae fiunt in Civitate frequenter,

quam expectando illam bisinimum et hactenus

facere consueverunt et ad ipsas injuste et

indebite compellendo. A. C. C. O.

1308. 28 Octobris. In Civitate Austriae.

Civitatenses faciunt Procuratores [illegible] ad

procedendum in causa contra Dominos de

Zuccola, Henricum de Pramperga, Odorlicum de

Cucanea, Jacobum de Budrio et Paulum q.m D. Saga[illegible]

ni ea quod violenter ut patet ...
in Civitatem introivérat. Antiq. Not. ...

1308 11 Novembris Glemone.

D. Ottobonus Patriarcha pro pretio centum et
viginti marcharum locavit et dedit Jacomine
de Porta a proximo festo S. Georgii ad unum
annum immediate sequentem Gastaldiam de
Albano et Tricesimo. Meliorantia Not. c. 7. o.

1308 19. Novembris Glemone.

Franciscus q. Mattiae de Glemona per suum
procuratorem presentavit, dedit et donavit D.
Patriarche, et Ecclesie Aquilejensi quendam pue-
rum nomine Gerardum filium Bartholomaei
olim Gerardi de Sonis et Gertrudis Tusche,
famule D. Francisci predicti, ut a modo es-
se debeat spiritus D. Patriarche, et Ecclesie Aqui-
lejensis, et ab ipso D. Francisco et ejus here-
dibus penitus esse liber. Qui D. Patriarcha ip-
sum puerum nomine Aquilejensis Ecclesie re-
cepit, et oblationem sibi de ipso factam gra-
tanter acceptavit. Meliorantia. C. 7. o.

1308...

Cum propter multa sibi incumbentia Otto-
bonus Patriarcha fore sibi necessarium videret
generalem Synodum celebrare; mandat univer-
sis et singulis Abbatibus, Prepositis, Decanis, Pleba-
nis et aliis Ecclesiarum Rectoribus per Aquilejen-
sem Diocesim constitutis quatenus sub excommu-
nicationis pena in die Octave Epiphanie Domi-

ni proxime ante Trinitatem praesentaliter,
aut si legitimo impedimento detenti per
idoneos procuratores curent ibi interesse;
ut ipse eorum suo consilio ordinare valeat
quae ad honorem Dei et proficuum et salutem
statum suorum subditorum pertinent. Rubeis vos
c.f.a.

1309.

1309 9 Februarii

Reverendus Pater D. Ottobonus Patriarcha venit
apud Glemonam; et eadem die Nobilis vir D.
Conradus de Stumberch venit sibi in auxili-
um, et undecima die dicti mensis, suadenti-
bus illis de Glemona, et eorum inductione i-
vit D. Patriarcha obsidere Venzonum. Et
videntibus illis de Venzono quod sibi non po-
terant resistere, dederunt sibi centum libras
grossorum, et murum ipsius Venzoni dirrue-
runt; et juraverunt deinceps suis parere man-
datis chon lubani

1309 14. Februarii

D. Patriarcha cum exercitu suo equitavit
ante Gramoglanum et ibidem illa sera per-
noctavit; et combussit et destruxit omnia us-
que ad Carbonum. Die sequenti et eadem die
post prandium, ipsa die Sabbati venit Civi-
tatem: et statim ipsa die obsedit Zuculam
cum gente sua et Civitatensibus propter dis-
cordiam superius expressam: et vastaverunt
omnia bona illorum de Zucula in ipso mon-
te Zuculae. Et continue proiiciebatur intus cum
tribus machinis, et interdum bellicabant ad
invicem. Tamen in illa obsidione nullus fuit mor-
tuus, nisi unus de familia D. Patriarchae. Tande-
m vero Patriarcha cum Forojuliensibus, et D.

comitatu de Stumberch existentibus in
dicta obsidione, significatum fuit quod
D. Rizardus intrasset Forumjulii cum ma-
gno exercitu. Quo audito, D. Patriarcha
cum exercitu inde recessit, reportatis
machinis in Civitatem prius, et omni-
bus quae fuerunt reportanda die ter-
tio exeunte Februario; et hanc die se-
quenti iuit Utinum. Tunc illi de Zuccula
combusserunt Tofanum, Rubignaccum
et ubicumque potuerunt super Civita-
tenses: et rancaverunt braydas Leona-
rdi de Leonis, Benedicti Stabianerii, et Guer-
ii quondam Martini Zanule et aliorum
plurium. Et versa vice Civitatenses ran-
caverunt braydam D. Pauli Boyani, Mey-
nardi Meule, Iacobi de Badrio, et Ioca-
nati filii Bavini de Vanzone qui stabant
Zuccule. Chron. Julian.

1309 15. Februarii

D. Patriarcha Ottobonus et illi de Stum-
berch obsiderunt Zucculam: et in mense
Martii venit D. Rizardus in Forumjulium
et accepit contratam de Carteglano, et combus-
sit eam. Et D. Henricus de Prampergo et
genus D. Odorlicus de Cucanea, quod erant cum
eo, fecerunt tantum praefatae contratae dirui.
Postea venerunt ad S. Pantaleonem et combus-
serunt contratam dictae villae et spoliaverunt

totam villam predictam. Inde quidem recesserunt, et iverunt Sedeglanum et Gradiscam, et combusserunt cortivas predictarum villarum, et destruxerunt fossata Sedeglani, et spoliaverunt predictas villas, et alias cortivas plures destruxerunt per Forumjulium, ita cortiva Orzalndei et Talaviani; et postea recessit, et ivit Tarvisium.

Chron. Spilimber.

1309 12. martii.

Nobiles viri Tomasi Henricus comes Goritie et Rizardus de Camino cum quibusdam castellanis, scilicet de Spegnimbergo, Prampergo, Cucanea et Zuccula obsederunt Cortinam de Sedeglano: et cum pluribus machinis lapides projiciebantur. Tandem ipsam habuerunt certis pactis, et ipsam depredantes, quia multe ville ibi fugerant, tamen Ecclesie, predaverunt ad terram et Ecclesiam, et postea cortivam combusserunt totam. Chron. Juliani

1309. ~~2~~ martii. ~~in civitate Austrie~~. Villach.

T. Ottobonus Patriarcha concedit U. [illegible] nardo Comiti de Ortemburg ac Othoni et Alberto ejus fratribus ac eorum heredibus perpetuo habendum et possidendum feudum castri de Sternberg cum suis pertinentiis quod est feudum Ecclesie Aquilejensis, et quod Albertus de Sternberg quod eisdem fratribus cessavit et donavit

nitae praedicti D. Patriarchae restituerentur ...

Mittheilungen etc. 1852.

1309 27 Martii Villaci

Villam de Tolvlach circa Villacum quam est feudum Ecclesiae Aquilejensis quamque aliqui injuste detentoribus occupabant, D. Ottobonus Patriarcha D. Meynhardo comiti de Ortenburg ac Ottoni et Alberto fratribus ejus ac eorum heredibus tradit perpetuo tenendam et possidendam. Mittheilungen etc. 1852.

1309 30 Martii, in civitate Austriae

D. Bernardus Decanus Ecclesiae Civitatis nomine suo et nomine Capituli dictae Ecclesiae respondit D. Fulchero de Savorgnano: quod licet ipse volebat paratus erat sibi dare monumentum in quo jacet Dna Castellana ... tum in introitu Ecclesiae S. Iohannis Baptistae in quo possit sepelire uxorem suam et omnes de domo sua in perpetuum: quod si volebat acceptare gratiam sibi per Decanum et Capitulum factam quod possit sepelire dictam suam uxorem in capella S. Catharinae praedictae Ecclesiae in monumento Comitis Henrici ... habebit non intendens tamen praejudicare hoc ac nolens quod ipse D. Fulcherus vel aliquis de domo sua deinceps in dicto monumento debeat sepeliri. Antonius Not. c.c.f.o.

1309 1° Aprilis

D. Henricus de Prampergo et D. Walter-
pertoldus de Spegnimbergo cum gente Zane-
iverunt Maniacum et combusserunt villam
ipsam. Et cum esset ille Comes Montisparis ag-
gressus fuit eos et interfecit ex ipsis circa quin-
quaginta. Reliqui autem capti fuerunt, exceptis
paucis qui fugierunt cum D. Walterpertoldo ad
Montemregalem. Et tunc fuit captus supradictus
D. Henricus de Prampergo, et ductus fuit Utinum
et tormentatus fuit; qui in fine in die tertia
decollatus est ex precepto D. Patriarche Ottobonis
regentis ecclesiam Aquilejensem. Chron. Spilimberg.

1309 1° Aprilis.

Stantibus Dominis Henrico de Prampergo, et
Walterpertoldo de Spegnimbergo cum magno ap-
paratu in destructione et depopulatione contra Ma-
niacum, et non existentibus illis armatis, subito
fecerunt impetum in eos quidam Theotonici sol-
donarii D. Patriarche, scilicet illi de Pavisio, et il-
li de Pinzano; et ex eis multos occiderunt. Et D.
Walterpertoldus, et Articus filius D. Henrici de
Prampergo fugerunt in castro Montival. Et in-
super capti fuerunt quamplures, inter quos captus
fuit D. Henricus de Prampergo, et ductus Utinum
ad D. Patriarcham. Qui cum confessus fuisset mul-
ta mala fuisse tractata contra D. Patriarcham,
amputatum fuit sibi caput in foro Utinensi die
secundo Aprilis: et sepultus apud Minores sine

officio et extra cymiterium. Chron. Juliani.

1300 7 Aprilis ultimo

In Synodo ultimo celebrata in crastino Bea-
ti Lucę presentibus clerus Civitatis et Diocesis
Aquilegensis se obligaverat D. Patriarchę de
certa quantitate pecunię pro recompensatione
damnorum et expensarum quas perpessus fue-
rat tam pro collectis Legatorum Apostolice
sedis et aliis causis clerum tangentibus, quam
pro militia stipendiata hominum armatorum quas
a preterito festo Epiphanię usque ad annum an-
num et clero expensis debuit prestare habere
nec non pro laboribus et gravibus expensis quas
sustinebat propter guerrarum incursus et pro de-
fenda suę Ecclesię libertate et patrię. Et cum col-
lectiones per eos jam facta ad satisfaciendum
oneribus predictis incumbentibus non sufficerent
et Camera Patriarchalis gravibus premeretur an-
gustiis, D. Patriarcha convocatis apud Civitatem
majoribus et prelatoribus cleri sui cum eisdem
convenit quod juxta taxationem et impositionem
collectę D. Neapoleonis olim Apostolicę sedis Legati
quantum quemque eorum contingebat de illa
tantum ultimo D. Francisco Natalis ad hoc offi-
cium deputato usque ad proximum festum Pen-
tecostes solvere deberent. Qua propter omnibus
et singulis Abbatibus, Prepositis, Decanis et Ecclesia-
rum Rectoribus mandat quatenus solvant quan-
tum in cedula quam singulis mittit videbit

sibi quisque Injunctum. Quod si infra dictum terminum non fuerit ad sententiam excommunicationis, ad privationem beneficii et ad alias penas irremissibiliter procedet. Melioranttia Not. c. 7. o..

1309 11. Aprilis Utini.

D. Ottobonus Patriarcha pretio et foro centum marcharum Aquilejensis monete vendit et concedit D. Spenardo et Communi Utini Orellos et collectam S. Michaelis anni proxime futuri spectantes ipsi D. Patriarche in Utino et in Gastaldia Utini. Meliorancia Not. c. 7. o

1309 25 Aprilis.

D. Henricus Comes Goritie et D. Rizzardus de Camino in facto S. Mauri obsederunt Castellum; quo expugnato et capto die sequenti combusserunt; et turres et alias munitiones omnes prostraverunt ad terram, Domino Patriarcha Utini existente. Chron. Juliani.

1309 26 Aprilis.

Predicti Dominus Comes Henricus et Rizardus de Camino obsederunt S. Vitum, et cum multis machinis illud proficiebatur: et cum se manutenere non possent, die undecima Maii eundem locum D. Rizardo dederunt. Chronicum Juliani.

1309 29 Aprilis. in Civitate Austrie

D. Ottobonus Patriarcha Investit D. Zanuttum q.m Johannis de Rubignacco de habitantia Mottaz

cum mansis et pertinentiis suis, quae excideret D. Patriarchae propter demeritum Bertrami de Villalta qui dictam habitationem habebat. Act. Not. M.C.M.C

1309 6. Maii in civitate Austriae

D. Scheranus Gastaldio consilium et commune civitatis constituunt D. Federicum de Savorgnano et Philippum q. D. Quandi de civitate eorum procuratores et nuntios ad conveniendum cum Communitatibus Terrae Forijulii et castellanis obedientibus D. Ottoboni Patriarchae et de consensu ipsius D. Patriarchae ad faciendum cum eis Opus, confoederationem et unionem pro reformatione status Terrae Forijulii et pro vindicando ne per D. Henricum Comitem Goritiae et per D. Rizardum de Camino capitaneum Tarvisii et eorum sequaces destruatur. Actor Not. Portis

1309 ... Maii.

Venit iterum D. Rizardus in Forumjulium cum D. Comite Goritiae, et combusserunt Ecclesiam S. Mariae Longae in qua combusti sunt multi homines et mulieres. Quo facto iverunt Sacilletum, et acceperunt eum atque destruxerunt. Posteaque venerunt ad S. Vitum, et obsederunt eum; ubi existentibus, D. Wolveraperchtoldus de Spegnimberga cepit quendam nepotem Fratris Alberti capitaneum Portusgruarii qui volebat liberare dictum castrum et fecit eum suspendi.

sed in fine post viginti dies vel circa ce-
ceperunt eum et illis diebus cum ceperunt
Sacilettum, Barbaidi venerant in Forumju-
lium, et ob eorum metum D. Patriarcha
fugit de Forojulio, et ivit ad Legatum, qui
morabatur Bononiae. Chron Spilimberg.

1309.

maxima discordia et werra orta est
in Forojulio inter Comitem Goritiae, D. Ri-
cardum de Camino et quosdam Castellanos
ex una parte, et Patriarcham cum quibus-
dam Forojuliensibus et Communitatibus ex
altera. Sed tandem tanta fuit potentia
D. Comitis et D. Ricardi quod D. Patriarcha
et D. Federicus de Stumberch qui erat in
auxilio D. Patriarchae cum quadringentis armi-
tis, et alii plures Theutonici non audebant
exire in campo contra eos quia erant cum
maximo timore. D. Patriarcha et D. Federicus
de Stumberch existentes ultimum diem de
die arripuerunt fugam alteruter scilicet D.
Federicus versus Karinthiam et D. Patriarcha
versus Aquilejam. Venit per mare Venetias
ubi fuit spoliatus equis suis: postmodum ver-
sus Paduam fuit quasi incognitus, et per
Veronam et Mantuam transiens, declinavit
ad Legatum D. Papae qui erat Bononiae et
circa castrum Ferrariae in obsidione de
mandato D. Papae. Exercitus in Forojulii

primo acceserunt Castillerium, et destrutam videlicet cortinam, et depraedaverunt Campanile et cortinam Buseniel Superioris et Sedelani cum campanile et Sacellum. Et timentes ipsi Domini redeuntes obtinuerunt Sanctum Vitum et multa mala commiserunt; et hoc perduravit usque ad festum Sancti Jacobi. Postmodum ad preces et instantias Sororis D. Rizardi, quibusdam promissionibus factis per D. Patriarcham D. Rizardo, ipse conduxit D. Patriarcham Tarvisium, dein Utinum et colloquio facto cum Communi Aquilejae, D. Rizardus cum maxima comitiva equitum ivit Utinum mense Novembris circa festum S. Martini, et tractavit cum D. Patriarcha ut faceret eum Capitaneum Forijulii. Qui cum diceret se non posse, procuravit cum quibusdam de Utino, scilicet cum magistro Nicolao et ejus sequacibus ut traderent eorum Terram et intrando Civitatem Utini fuit conflictus, et fuit interfectus D. Waltherpertoldus de Spilimbergo qui erat cum eo, et cum maximo damno in Carnis et personis vix evasit. Odor Portunonis. o

1309 11. maii.

Die Dominico undecima maii Reverendus Pater D. Ottobonus Dei gratia Patriarcha Aquilejensis recessit de Utino ubi fuerat

cum suis circa Wenonam: et fuit Aquilejae quia significatum fuit sibi, multa mala fuisse tractata contra eum per nobiles praescriptos; nec enim ibi bene esse securum. Chron. Julian.

1309 14. Maii

Praedicti nobiles fecerunt colloquium apud Avisas, in quo interfuerunt omnes de Forojulio et die sequenti facta fuit quaedam conspiratio inter eos, et juraverunt omnes insimul facientes Vicedominum D. Varnerium de Cucanea: ordinantes ibidem quod de bonis Aquilejensis Curiae, satisfiat D. Comiti de destructione Wenzoni; et cum Civitatensibus, qui erant extra Civitatem, de dejectione domorum, et quod deberent redire in Civitatem: qui redierunt in Civitatem die ultimo maii et facta fuit concordia inter intrinsecos et extrinsecos dicta die. Ea discordia habetur superius. Et praedicta die decimaquarta maii, venit Cognatus D. Henrici Comitis, et intravit villam Montaglani cum magna gente nomine Habanich, ubi fecerunt multa mala. Cum autem D. Patriarcha cuncta praedicta intellexisset, qui erat Aquilejae, statim eadem die inde recessit: et fuit Placentiae obviam D. Legato venienti: et fuit Bononiae et Ferrariae cum dicto D. Legato pluribus diebus. Postea accepta ab eo licentia, venit Tarvisium: et facta conventione cum D. Ricardo venit Utinum

die secunda Octobris cum paucis de suis. Sed D. Odolricus de Cucanea associavit eum. Chronicon juliani.

1309 15 maii in civitate Austrie

D. Soloconus Castaldio Consilium et commune civitatis Austrie constituunt D. Fulcherum de Savorgnano, Ulvinum de Portis, Conradum et Valentinum de Civitate eorum procuratores et nuntios ad faciendum perpetuam pacem et concordiam cum D. Henrico comite Gorizie et D. Rizardo de Camino et eorum sequacibus; nec non cum D. Odorlico de Cucanea, Valtrepertoldo de Spilimberch, Bernardo de Zucula, Henrico de Pramperch, Jacobo de Austria, Paulo q.m D. Bojani et certis sociis de Civitate, et eorum coadjutoribus et amicis. Varii sec.

1309 .. maii.

Queritur Fridericus Austrie, et Stirie Dux cum D. Ottobono Patriarcha quod adversitates perceptas ex suis servis noscerent mundanis relinquere et homines cum juxta fidus se cum nullum ipse paratus erat omnimodum ei auxilium prestare. Rogat ut ad suos redeat et contra inimicos arma vertere nunc. Ipse suis fidelibus jam indixerat ut secundum ejus opportunitates ad opem et ferendum advolent. Meliorantia vol. 67-0

1309 ... maii

Cum universos et singulos nobiles et cives utriusque P. Patriarche fideles Federicus Austrie, et Stirie Dux ferventi dilectionis zelo prosequatur, non immerito contristatur si ullis adversitatibus quibus eorum tranquillitas quatiatur. Unde cum tam Patriarche, quam ipsis in qualibet eorum necessitate opportunus paratus est adesse auxilio, rogat eos quatenus juxta fidelitatis debitum dicto Patriarche, constanter et viriliter assistentes terras et munitiones ejusdem contra quaslibet hostium incursus defendere strenue studeant saltem usque ad reditum ipsius Patriarche, quem etiam non cessabunt consiliis consolamine et quibuscumque poterunt exortationibus ad propria revocare. Ipse autem suis fidelibus districte commisit ut in nullum eventum eis desint consiliis et auxiliis quandocumque per eos fuerint requisiti. Meldevonbia vol. c.f.a.

1309. Junii

Venit tanta multitudo locustarum in partibus istis, quod nullus hominum crederet posset; quia ubi declinabant segetes totaliter devorabant et canneta usque ad terram. Postea iverunt Tulminum, et venerunt usque ad Lutrum, ubi et fecerunt magnum et incredibile damnum. Facte fuerunt ...

processiones, et Deo dante, versus mare
iverunt. chron. Juliani.

1309 22. Junii. in Civitate Austriae.

D. Bernardus Decanus ecclesiae Civita-
tensis in Missarum solemniis ascendens
pulpitum, coram Clero et populo de man-
dato D. Ottoboni Patriarchae processus fac-
tos per D. Papam contra Venetos per
magistrum Walterum Canonicum Aquile-
jensem publicari fecit denuntians civi-
tatem Venetiarum fore suppositam ec-
clesiastico Interdicto. Johannes Not. A.N.u.o.

1309 1°. Augusti in Civitate Austriae.

D. Bernardus Decanus Ecclesiae Civi-
tatensis constitutus coram Warnero de
Cucanea Vicedomino Ecclesiae Aquilejensis
ac ejus Consiliariis postquam ostendisset
D. Ottobonum Patriarcham esse sibi obli-
gatum de certa quantitate pecuniae quam
ei mutuaverat, petiit quod sibi assignaren-
tur redditus canipae Patriarchalis Civitatis
cum quibus de dicta pecunia posset sibi
satisfieri. Johan. Not. A.N.u.O.

1309 10 Septembris. In Civitate Austriae.

Consilium Civitatense facit suum
procuratorem Corradum de Civitate ad
faciendam ligam et confederationem
cum Dominis Odorlico de Cucanea, Ar-
tuico de Prampergo, Dominis de Cavoriaco,

et aliis ad honorem Aquilejensis Eccle-
siæ usque ad adventum D. Patriarchæ.
Anton. Not. A.C.U.C.

1309 19. Septembris in Civitate Austriæ
Consilium Civitatis facit suos procu-
ratores D. Fulcherum de Savorgnano et
Conradutiam q.m D. Philippi de Civitate
ad juvandum sub D. Henrico Comite Go-
ritiæ tanquam Capitaneo generali Patri-
archatus Aquilejensis usque ad adventum
D. Patriarchæ vel ejus Vicarii; ipso tamen
Comite non intrante in Terram Civita-
tis; et ad firmandum pacem et concor-
diam inter ipsum D. Comitem et sequaces,
et D. Warnerdum de Cucanea Vicedomi-
num Patriarchatus Aquilejensis et suos
sequaces. Ant. Not. A.C.U.C.

1309 29 Septembris, in Civitate Austriæ.
Frater Albertus de Mantua Guardia-
nus Fratrum Minorum conventus Civi-
tatis Austriæ auctoritate Sedis Apostolicæ
prædicat Crucem contra Venetos occasio-
ne facti Ferrariæ offerens se paratum da-
re Crucem volentibus illam accipere. An-
tonius Not. A.C.U.C.

1309 5 Octobris ibi
Villelmus de Budrio resignat in ma-
nibus D. Ottoboni Patriarchæ duos mansos et
medium sitos in Cravilg quos tenebat ad

rectum et legale feudum ab ipso D. Patri-
archa et Ecclesia Aquilejensi; et de eisdem
mansis cum omni jure et ratione dictus
D. Patriarcha per fimbriam sue cappe in-
vestit D. Paulum quondam Bojani excepto
ab eodem vassallerio sacramento secun-
dum ut. ACCO

1309. 5 Novembris Villalta.

Ut inter Dominos Federicum, Iohan-
nem et Odorlicum de Villalta et D. Hen-
ricum q.m D. Maynardi eorum nepotem verax
amor et pura dilectio dictus maneat et
perseveret placuit unicuique infrascriptis
stare conventis.

I. Toto posse atque viribus se invicem de-
fendent et manutenebunt in Villalta et
inter fossata contra quamcumque personam
que vellet eos aut aliquem eorum offen-
dere, salvo honore D. Patriarche.

II. Si aliquis ex predictis Dominis proderet
(quod absit) aut submitteret alicui sive domum
sive fortilitia tam de Villalta quam de aliis
pergo, alii tenean tur ablata recuperare.

III. Si inter eorum servitores sive habitato-
res fuerint sive de mansata aliqua lis aut
questio oriretur, Castaldus qui pro tempore
fuerit in Villalta justitiam de faciat. Quod
si negligens erit partes habeant recursum
ad quem vellent ex predictis Dominis. Et si

aliqua ex illis contra faciat cadat in poenam quadraginta marcharum aut sit forbanni-
ta donec solvat poenam aut quaestio sit
composita.

IV. Liceat cuique ex praedictis Dominis servire amicis suis; at si quis aliquem introdu-
xerit in Villaltam et circumpositam quod in [illegible]
nis aut rebus eorum alios offenderet, teneatur
et debeat infra quindecim dies satisfa-
cere damna quae illi patientur.

V. Nullus eorum conducat extraneos aut
forenses cum armis aut sine armis fraudu-
lenter in eorum domibus aut fortilitiis ultra
late, aut [illegible] in damnum et praejudi-
cium aliorum. Si quis secus fecerit om-
nia ejus bona tam propria quam feudalia
cedant illis contra quos praemissa fuerint
commissa. Zanutus not. S. c. u. o.

1309. 12. Novembris.

D. Rizardus de Camino venit Utinum
secundo die post festum S. Martini cum
magna multitudine equitum, et hospitabatur
in Guarano. Et erant cum eo illi de Prata,
de Porciliis, de Spengimbergo, de Cucanea,
et alii Forojulienses quamplures, omnes
Nobiles de Tarvisio et ejus distri-
ctu. Fuit autem in tractatu cum D.
Patriarcha pluribus diebus super pa-
ce reformanda de discordia quae

fuerat inter eos: et volebat quod
D. Patriarcha faceret eum Capitane-
um generalem in Forojulii. Et ipsis
existentibus in tractatu et non con-
cordantibus, prefatus D. Rizardus die
Dominico decimo quinto exeunte no-
vembri, tractatu et inductu magistri
Nicolai filii Albinuti de Utino, qui ha-
bebat magnam partem in Utino ra-
tione cujusdam jure et conspirationis
factae ad invicem, non dubitans quin
haberet Terram; post prandium arma-
ta manu intravit Utinum per portam
Gueranì: sed gratia et auxilio Dei fac-
tum est, ut clausis omnibus portis,
excepta illa Gueranì, quam clavibus
magister Nicolaus projecerat in quar-
gole, Rmens quod acciderat, omnes con-
verterentur in fugam. et ibidem reman-
serunt mortui duodecim, inter quos fuit
interfectus D. Valterpertoldus miles de
Spengemberg, et alii fuerunt nobiles mi-
lites D. Rizardi, capti fuerunt ultra centum
et quod quemcumque capiebat suus erat. Et de
ipsis captis habuit D. Patriarcha in magna
quantitate et redimebant se pecunia. Et fuit
talis qui redemit se mille marchis; alii du-
centis marchis, alii secundum suam possibi-
litatem; ita quod aliqui ex Utinensibus ob hoc

mirabiliter sunt ditati. Equi boni et magni remanserunt inter lesos et illesos ultra centum et quinquaginta. Et quicumque aliquem capiebat suus erat. Et gratia Dei procurante, nullus ex utinensibus fuit lesus sed quasi solummodo mulieres per cancellos et vectitii de villis fecerunt illam victoriam.

Tunc d. Patriarcha fecit illustrem d. Henricum comitem Goritie capitaneum generalem in Foroiulio. Qui d. Comes congregato suo exercitu, ivit ad recuperanda supradicta loca, que detinebat d. Guanerius de Cucanea pro expensis factis, ut dicebat, quando fuerat Vicedominus pro manutendis locis predictis, et primo expugnavit castrum Tricesimum et ipsum locum rehabuit statim, scilicet die sexta exeunte novembri; deinde quarto die sequenti habuit Artinianum, et die tertia sequenti habuit Tumetum et Selucam dictus d. Comes. Et omnia ista loca habuit pactis quia dimisit detinentes cum personis et bonis que possent portare.
Chron. Iuliano.

1309. 23 novembris Utini

Cum d. Ricardus de Camino super certis pecuniarum quantitatibus quas petebat a d. Patriarcha Ottobono etiam ad eum presentialiter accessisset, in primis, et ante omnia cum

acquisivit et de castris, terris, hujusmodi [illegible]
locis et possessionibus quas D. Gerardus de [illegible]
Camino habuerat ab Ecclesia Aquilejensi similiter [illegible]
investiret. Quibus auditis, D. Patriarcha respon- [illegible]
dit quod cum ipse D. Ricardus multa dam- [illegible]
-na intulisset Ecclesie Aquilejensi et maximas [illegible]
in districtu Cumpe quam sibi restituere [illegible]
deret; et multa majora intulisset D. Gerardus [illegible]
ejus pater cum inter ipsum et Ecclesiam Aqui- [illegible]
lejensem maxima fuisset discordia, volebat [illegible]
hoc ex nunc suspendere, et alias audire [illegible]
melius informari, et quod hoc omisso, [illegible]
alia procedatur. Tunc D. Ricardus dixit [illegible]
quod ad nullos alios tractatus procederet, [illegible]
et prius de feudis suis investiretur. Alias [illegible]
post multa hinc inde agitata opera et [illegible]
die D. Federici q.m Ludovici et Nicolai q.m [illegible]
Albianti de utino nec non pluribus nobilium [illegible]
ibidem astantium D. Patriarcha investivit per [illegible]
annulum suum dictum D. Ricardum jure recti [illegible]
et legalis feudi de castris, locis et juribus [illegible]
suprascriptis protestans tamen quod per hujusmo- [illegible]
di investitionem non intendit juri Aquilejensis [illegible]
Ecclesie in aliquo derogari; et quod de Camino
ipsum D. Ricardum non investiebat nisi solum
et eo modo et forma quibus dictus quondam
D. Gerardus pater ejus in generali colloquio Pre-
latorum et nobilium Terre Forojulii fuerat in-
vestitus. Et tunc D. Ricardus recepta investitione

huiusmodi promisit cum iuramento quod adhibit D. Patriarche et ecclesie Aquilejensi contra omnem hominem et personam, et quod tanquam fidelis vassallus defendet et adiuvabit totis viribus atque posse. Et tunc post longos alios tractatus dictus D. Patriarcha confidens de fidelitate dicti D. Rinaldi et osculans ipsum, suo et Aquilejensis ecclesie nomine fecit eum et constituit totius Patrie Foriiulii Capitaneum generalem.

Feuda autem que D. Rinaldus dixit habere sunt hec. In primis castrum de Bolechaino cum toto eo quod habet in Cadubrio tam citra quam ultra Plavim: castrum Conoliquani, castrum Cavolani cum pertinentiis suis, castrum Rigonzolli, et omnia que habet in Plebibus S. Cassiani et sancti Flavii, ac etiam in dominio Canipe, et alia que reperientur; que, si invenientur promisit se daturum in scriptis. Pantaleon not. Veri 508.

1309. 8. Decembris Utini.

In presentia Prelatorum et Plebanorum Aquilejensis Diocesis Utini congregatorum pro generali Synodo celebranda D. Ottobonus Patriarcha monuit omnes et singulos Prelatos Plebanos et Rectores Ecclesiarum curatarum sibi subiectos ut sub pena excommunicationis et privationis beneficiorum omnes et singuli qui ab eo non habent licentiam se

absentandi ab eorum Ecclesiis occasione
studii, ad eas redire, et in eis personali-
ter residere procurent infra sex menses
a die praesentis admonitionis immediate
sequentes, permansuri personaliter in illis sequi
juxta Canonicas sanctiones. Mellovont. vol. c. f. o.

1309. 9. Decembris actum

D. Ottobonus Patriarcha juxta quod
illi injunctum fuerat mandavit omnibus
et singulis Praelatis et Plebanis qui aderant
ad generalem synodum convenerant qua-
tenus Processus D. Papae contra Venetos in
eorum Ecclesiis publicarent, nec non crucem
contra eos praedicarent ac darent cuilibet
qui eam recipere vellet. Maldov. vol. c. f. o.

1309. 11. Decembris actum

D. Leopoldus Archidiaconus sancte reco-
gnovit se et Clerum sui Archidiaconatus teneri
ad dare debere de Collecta D. Patriarchae
marchas quinquaginta tres et dimidiam quas
debet solvere in proxime futuro festo S. Johannis Bap-
tistae.

Item de Collecta D. Raynaldi Apostolicae
Sedis Legati pro praesenti anno, et subsidio
D. Episcopi Tarvisini marchas quinquaginta
quinque et dimidiam et Frisachenses tri-
ginta, quas omni diligentia colliget suo posse
et quidquid exegerit D. Patriarchae remittet
usque ad octavam proximi festi Purificationis

floris beatę Marię Virginis.

Item pro collecta provisionis ipsius D. Patriarche occasione itineris ad concili-um generale marchas sexaginta duas et dimidiam quas similiter assignat et presentabit D. Patriarche usque ad octavam festi Resurrectionis Dominice. mediet. vol. C.X.O.

1309 - 14 Decembris Utini

D. Ottobonus Patriarcha constituit Petrum Re-dam de Cucius Utini et Toufolinum de Utino suos Procuratores et nuntios in causis quas coram D. Petro de Utino judice sententialiter sibi dato movere intendit

Dominis Varnerio et Odorlico fratribus .. .. de Cucanea,

D. Silano filio q.m Detalmi de Villalta

Dominis Asquino et Fanfino fratribus filiis olim D. Henrici de Prampergo et heredibus olim D. Walterpertoldi de Spegnimbergo

Aldrigo Odolrico dicto Rubeo et Guar-nerio de Pulcinico

Odorlico de Villalta

Federico et Rantulfino de Cavoriaco,

Simone de Budrio

Odorlico de Zuccola,

Bertoldo de Tricano

[illegible] et Nicolao ejus filio de Rodeglano.

D. Conrado Pelizza de Sacile

Varnerio de Artenea

Henrico de Zeliaco

Antonio Bolvaffi

Nicolussio et Agnusetto fratribus de Torgaren

Simone de Flagonea

Nicolao filio q. ...ronelli de S. Daniele

Leonardo filio Ribissi

Philippussio et Petrussio fratribus filiis Conradussii de Civitate

Marquardo et Concello cum quibusdam sociis familiaribus Pauli Boyani

Francisco olim q. Caloy.

occasione excessus per eos commissi intrando Terram Utini armata manu una cum q. Rizardo de Camino quando ipse potenti armata manu hostiliter intravit eandem causa occidendi ipsum q. Patriarcham et supponendi dominus ac jurisdictiones ejusdem Terre sue tyrannice servituti, seu alia occasione infidelitatis cujuscumque. Meliorantia. Not. c. 5o

1309 14 Decembris Utini.

Eo die quo Rizardus de Camino armata manu intravit Terram Utini et villam et burgos occupavit, Chilina cum quibusdam aliis de Utino hujusmodi proditioni et occupationi pro posse operam dedit, et in dicto maleficio et ausu temerario personaliter fuit detentus. Qua propter ejus bona quecumque jure ad eum spectantia excidevant q. Patriarche et Ecclesie Aquilejensi, et etiam personaliter de jure puniri debebat, vi-

si foret omissum de gratia speciali. Atten-
dens igitur grata servitia que Hector filius
nobilis viri D. Constantini de Utino, et Trufoli-
nus filius olim D. Henrici de Artenea sibi et Aqui-
lejensi ecclesie exhibuerunt, D. Ottobonus Patriarcha
de bonis ipsius Chitone sibi occasione predicta de-
volutis eosdem Hectorem et Trufolinum gratiose
et communiter investivit. Gabriel Not. A.C.U.A.

1309.

Ottobonus Patriarcha admonet episco-
pos suffraganeos ut Synodos habeant ipsi
Diocesanas, easque simul congregati consti-
tuant que bona Ecclesiarum et incremen-
tis duxerint expedire diligentiori examine
in provinciali Concilio quod ipsi cele-
brare intendit prima Dominica post fes-
tum Purificationis discutienda, omnium-
que Patrum firmanda consensu. Tum be-
neficiorum decimarumque Papalium ra-
tam describendam jubet, easque hortatur
ut pecuniarum subsidium parare studeant
quo sibi ad generale Viennense Concilium
vocato a Pontifice ad quod circa octavas
Resurrectionis Domini iter accipiet, neces-
sarium ac decens viaticum suppetat. Ne-
Quia cum pro defensione
~~Conventio [illegible]~~ D. terrarum, honorum et
jurium sue Ecclesie quam in eius adventu in-
ultra quam viginti millia marcharum debitis obli-
gatam invenerit, inestimabiles expensas sustinuerit
et denique per inimicos Romane ecclesie et suos
tam de nobilibus quam de turba aliorum multi-
tudine expoliatus fuerit, ad tam gravia in-
vitabilium expensarum onera que occasione hu-
jusmodi itineris sibi incumbunt, sue non suffi-
ciant facultates. [illegible] Not. A.C.U.A.

1310

1310 . .

Cum per obitum Altheclini Emonensis Ecclesie Episcopi tanto tempore sedes ipsa vacaverit quod ejus provisio esset legitime ad Patriarcham devoluta attendens litterarum scientiam et alia virtutum merita fratris Gerardini de Parma Ordinis Predicatorum, D. Ottobonus Patriarcha eundem fratrem Gerardinum dicte Ecclesie prefecit Episcopum et Pastorem credens per hoc magis providere Ecclesie quam persone, ac sperans quod sub ejus regimine Ecclesia ipsa in spiritualibus et temporalibus suscipere debeat incrementa. Meliorantia not. A. M. O

1310 .

Ad petitionem Guardiani et conventus fratrum Minorum in Cilia D. Ottobonus Patriarcha concedit Episcopo Gurcensi licentiam et auctoritatem consecrandi ecclesiam ipsorum fratrum in Cilia et altaria in eadem posita, nec non penitentes Aquilejensis Diocesis reconciliandi in ipsa tantum consecrationis solemnitate. Meliorantia not. A. M. O

1310 14 Januarii In Civitate Austrie

Perovardi de Tulmino tenebantur solvere annuatim D. Patriarche certam quantitatem caseorum hoc conditione quod si non haberent de-

tam quantitatem subsequam pro quovis casu deficiente medium denarium solummodo solvere debebant. Sed cum Fatovinus et Johannes de Villalta tunc capitanei in dicto loco dictos Piscatores pro qualibet casu unum denarium et ultra ad solvendum compellerent, Ottobonus Patriarcha mandat eis sub obtentu sue gratie quatenus pro qualibet casu deficiente, de medio denario sint contenti nec ultra id ullo modo eos aggravare presumant.

Arch. Not. A.N.u.o

1310.

Notificatum fuerat Patriarche quod quidam Prelati, Clerici et Laici Abbatissam monasterii S. Marie de Aquileja in juribus, redditibus et proventibus suis multipliciter inquietabant et quod moniales aliquae predicti monasterii a semita veritatis et obedientie deviantes convicia turpia et rebelliones in ipsam Abbatissam committere non verebantur. Quapropter Patriarcha omnibus clericis et laicis cujuscumque dignitatis fuerint ac status mandat sub pena excommunicationis quatenus jura prefati monasterii ac Abbatissam ipsius circa administrationem temporalium et spiritualium nullatenus molestare presumant, et concedit quibuslibet ex suis subditis quod sive laicum sive clericum quemlibet ca-

na religiosorum locorum temere perturbantem aut illicite occupantem capiant et ad ipsum aut ad ejus Marescalcum adducant. Melioratha vol. A. M. O.

1310 9 Februarii Utini

D. Ottobonus Patriarcha de consensu, consilio et voluntate Prelatorum ad provinciale Concilium vocatorum et ipsi cum eo approbaverunt, ratificaverunt et confirmaverunt constitutiones Provinciales que in alio preterito Concilio Provinciali lecte, approbate et confirmate fuerunt nihil addentes nec diminuentes eisdem Melioratha vol. A. M. O.

1310. 9 Februarii Utini

Consultum et ordinatum fuit per omnes Prelatos qui ad Provinciale Concilium convenerant quod interdictum factum contra D. Gillonem qui se gerebat pro Archidiacono Aquilegensi ac Dominos Warnerum de Cucanea et Alvinum de Prampergh de eorum beneficiis, in eodem statu remaneat usque ad generale Concilium D. Papę et quod interim de aliquibus eorum redditibus Ecclesiasticis non respondeatur eis. Liber Melioratha vol. A. M. O.

1310 -

Reverendus Pater D. Ottobonus Patriarcha imposuit in Forumjulii dato denarios pro qualibet foco et rota molendini, pro

subsidio eundi ad Concilium generale, ordinatum per Papam Clementem apud Viennam in pecuniam, scilicet partem sibi contingentem, solvit capitulum Constantiense de mense Februarii. Chron. Iuliani

1310 Februarii

Fuit cum exercitu suo D. Comes ante Montemfalconem, et castrum obsedit et duravit ibi in obsidione circa quindecim dies. Quem locum detinebant illi de Cucanea. Quem quidem locum detinentes, ut irent securi, dederunt D. Comiti, quia non habebant alimenta die ultimo Februarii. Chron. Iuliani.

1310 19. Martii Utini

D. Conradus licentia petita et obtenta a D. Patriarcha Ottobono discedendi de Terra Utini praestitit eidem securitatem centum marcharum et dimisit in obsidem Ledegeum ejus filium. Monumenta Not. B. M. G.

1310 . Martii.

Cum esset D. Comes cum exercitu suo apud S. Danielem, D. Odolricus de Villalta, qui erat ex parte D. Rizardi licet promisisset sibi videlicet ipse et alii de Villalta non intromittere, nec dare locum suum alicui, nec sibi nocere in locis suis et in Villalta sub certis poenis sed apud locum Iuvaniz quemlibet quem vellet, intromiserit bene centum pedites quos sibi misit D. Rizardus. Quam

locum D. Comes statim obsedit cum suo exer-
citu et Communitatibus et Castellanis; et fue-
runt mortui in ipsa obsidione quamplures,
et maxime de soldoneriis missis ibidem per
D. Ricardum. Tandem videns D. Odoricus quod
se manutenere non posset, ut iret securus
quo vellet cum suis locum suum dato fu-
sto excepto mortis tradidit D. Comiti in quo
loco inventum fuit tantum bladum quod
est incredibile, et alia victualia et inde cum
rebus asportatis ubi placuit D. Comiti, scilicet
ruinam facit dirui ipsum locum et D. Odo-
rico praedicto dedit D. Ricardus Castrum no-
vum quod habebat in pignore a D. Comite
supradicto. Chron. Juliani

1310 26 Martii in Civitate Austriae

Frater Albertus Abbas Sumaquensis D. Ot-
tonis Patriarchae, vicarius generalis pro ea
parte D. Patriarchae, a D. Bernardo Decano
Civitatensi quod de gratia speciali et amo-
re D. Johannis de Villalta deberet permit-
tere quod massarii Capituli Civitatensis
vadant in decenis cum massariis tam D.
Patriarchae quam aliorum dominorum pro
guastatoribus ad obsidionem domus D. Odo-
rici de Villalta asserens quod de iure
non tenentur ire, sed rogabat quod de
gratia vadant ad pergere cum illud
negotium accelerationem requirebat, et nunc

ipsi massarii non possint ab aliis separari. Mandans D. Pelegrino Suctaldoni Civitatensi quod ex nunc cum necesse fuerit facere decenas de massariis dicti Capituli nihil se intromittat, nec de illis habeat aliquid ordinare. Antonius Not. A. N. U. O.

1310 . . . Aprilis

Statim diruto Castro supradicto ut praedictum est D. Comes accedit Cavoriachum et ipsum locum habuit ut Villaltam die nono Aprilis et fecit ipsum dirui et fossata destrui. Chron. Iuliani.

310 5 Aprilis in Civitate Austrie

Philippussius Conraducii q.m Philippi de Civitate constituit Benvenutum Pavusini, Benvenutum Pantaleonis et Johannem q.m Sivardini omnes de Civitate suos procuratores et actores in causa quam sibi movere intendit D. Ottobonus Patriarcha aut Commune Utini occasione infidelitatis et excessus perpetrati Utini per D. Rizardum de Camino et suos sequaces in quo et ipse inculpatur. Antonius Not. A. N. U. O.

1310 9. Aprilis in Civitate Austrie

D. Pelegrinus Suctaldis et Consilium Civitatis constituunt D. Bertolottum notarium de Civitate suum nuncium et procuratorem ad faciendum unionem et confederationem cum magnifico et illustri D. Othone Duce Carinthie,

eiusque sequacibus prestare volentibus auxi-
lium et favorem D. Othone Patriarche, Aqui-
lejensi et magnifico viro D. Henrico Goritie
Comiti et Capitaneo generali Terre Forijulii
super facienda guerra potenti viro D. Rizar-
do de Camino et ejus sequacibus, et
de non facienda pace sub treugua eidem
D. Rizardo et suis sequacibus sine ipso D.
Duce et suis sequacibus auxilium et favorem
prestare volentibus predictis Domino Patriarche
et Comiti et de dando eidem D. Duci et suis
sequacibus auxilium et favorem si ipse D.
Rizardus occasione hujusmodi confederationis
et unionis guerram faceret contra eas. An-
tonius not. Anno

1310 16 Aprilis

Cum esset adhuc D. Comes in destructione
Coneriacii D. Odoricus de Cucanea venit deci-
mo quinto die exeunte Aprili de nocte in
Cucaneam, et unum locum furatus fuit D.
Adalpretto ipso existente infirmo et portato
apud Pertenstain. Convenerant enim et fac-
te erant treuge securitates quod Domini Tho-
mas et Adalprettus debebant ipsum locum
custodire, nec Domini Varnerius et Odolricus
fratres debebant ibi venire, nec inde deba-
batur nocere alicui, et statim cum D. Odol-
ricus habuit Castrum, combussit totam vil-
lam de Fagedis eadem die sequenti venit D. Comes

cum suo exercitu in villa Zavacii; et sta-
tim ibi aliquibus diebus postea recessit in
Povoletto, sui vero equi omnia blada villa-
rum circumjacentium comedebant et de-
struxerunt et sui depredabant, et expo-
liabant tam amicos, quam inimicos. Qui D.
Comes inde recessit et ivit Goritiam die
nona exeunte Aprili chron. Juliani.

1310 16 Aprilis Cavaricci.

D. Bavingus de Mels sub pena tre-
centarum marcharum promittit D. Henrico
Comiti Goritie, quod ipse ac etiam Domini
Augustinus et Wargendus nepotes sui de Mels a modo
usque ad veram finem quae est et evi-
denter apparet esse inter Dominos Ottobo-
num Patriarcham et dictum Comitem et partem
eorum ex parte una, et D. Ricardum de Ca-
mino et ejus partem ex altera aperient cas-
tra eorum et locum de Mels dicto D. Comiti
et ejus parti, et ibidem eundem et suas gen-
tes universas stare, exire, ac ire et redire
una hora et pluribus usque ad beneplacitum
ipsius D. Comitis et quod de cetero non recepta-
bunt, neque recipient, aut intrare vel exire
permittent in castris vel loco ac loco suis
personam aliquam neque gentes praedicti D.
Ricardi et ejus partis, nec eidem vel suis
gentibus sive ejus parti ab ista parte Tula-

menti, nec huic faciunt auxilium ali-

quod vel favorem [illegible]

1310 1° Maii circa

In synodo circa celebrato in crastino

Beati Lucę profestito per clerum Diocesis Aqui-

lejensis concessum fuerat Patriarche subsidi-

um certe quantitatis pecunię non tam

pro militia sexaginta equitum armatorum

quos sumptibus ipsius Cleri tenere debebat

quam etiam pro gravibus expensis quas

sustinuit propter guerrarum incursus.

Demum Patriarcha clerum ad vocatum seu

admonitum ad solvendum hujusmodi sub-

sidii partem ad eum contingentem ob dicti

mina clerum non solverat, tunc etiam

et sollicitante petitionibus Legatorum Aposto-

lici, sedis mandat, [illegible] Tersimus Cavalti

omnibus sub pena excommunicationis a

clero ut Archidiaconatus sola minus solito

inter clericos et seculares personas quia de-

stributione quaquagesima, ex manibus exigat

usque usque ad festum Beati Johannis

Baptiste, proximum studeat suę Camere as-

signare Meliorantia Vol. A M. C.

1310 14 Maii.

Venit illustris D. Joan. cognatus D. Co-

mitis Goricię cum magna multitudine Ba-

lisiariorum circa sex centos, ut dicebatur, die

decima tertia exeunte Majo, in Forumjulii

sub anno in villa Cusinachi in auxili-
um D. Comitis contra D. Ricardum de
Camino et suos fautores. Chron. Iuliani

1310 20 maii

Reverendus D. Ottobonus Patriarcha
una cum D. Henrico Comite, et Rabaldo,
et Forojuliensibus exierunt ultimum cum
magno exercitu; et transierunt Tulmen-
tum in destructione inimicorum suo-
rum. et exhibuerunt prelium D. Ricardo
qui erat in Sacilo cum suo exercitu, sed
noluit acceptare, unde cum non possent
transire Liquenzam, fuerunt ante Valvaso-
num, et fecerunt ibi satis magnum dam-
num. Sed cum nihil possent proficere, inde
recesserunt. Et iterum venerunt ante Cuca-
neam in festo Beati Vitali die quarta ju-
nii. et projiciebant cum machina in Noba-
ise continue; et factis multis et actis edi-
ficiis propter quod qui erant ibi intus, viden-
tes quod se manutenere non possent, in vigi-
lia Sanctorum Iohannis et Pauli de nocte, im-
posito igne in dicto loco, recesserunt, antequam
accenderetur ignis, et iverunt in Cucaneam:
et ita combusta fuit Nobayse, et postea
paucis diebus elapsis habuit Cucaneam. Chro-
nicon Iuliani.

1310

Comes Goritiensis conduxit cognatum suum

de Bavaria cum quadragentis armatis in
Tarvisiensi, qui destruxerunt quasi totum Fo-
rojulium D. Rizardus ex opposito cum maxi-
ma exercitu stabat Cavalarii et Sacili et non
audebat esse in campo propter militiam al-
terius partis Odoricus a Portunaonis

1310 ..

Postea D. Rizardus cepit castrum Turris
et combussit cum et Nugarednum Curtis et
D. Comes Cucaveam, et totam illam contra-
tam destruxit Tandem facte fuerunt treugue.
Odoricus a Portunaonis.

13.0 10 Iunii

Hoc anno intravit Rex Romanorum nomine
Henricus Lombardiam et illi fuit per totum
ver et estatem usque ad festum Margarete.
Fuit pluvia et tam frigus, quod homines non
deposuerunt vestes hyemales. Odoricus a Portunaonis.

1310 17 Iunii In castris ante Cucaveam.

... inter D. Patriarcham et eius subdi-
tos et adherentes ex una parte et D. Petrum
(?)... Ducem et Commune Venetiarum
ex altera parte pax et concordia firmata
fuisset. D. Ottobonus Patriarcha mandat Gastal-
dio, Gastaldioni, Consilio et Communi Civi-
tatis Austrie quatenus pacem huiusmodi publi-
cari et proclamari faciant, nec non procura-
torem constituant qui eorum nomine pacem
ipsam coram illustri Marchione ? Ducis

approbare, iurare et ratificare studeat An-
tonius not. A N u o

1310 .8. iunii. in civitate Austrie

Ad iurandum quod inviolabiliter observa-
bunt pacem perpetuam et veram concordiam
firmatam et factam die undecima intrantis
mensis inter D. Othobonum Patriarcham .et
Henricum comitem Goritie, Capitaneum gene-
ralem totius Patriarchatus ex una parte, et
D. Tarvisium et Commune Venetorum ex altera
ut apparet ex instrumento scripto manibus
notariorum Zannini Marchisini et Bartholo-
mei de Utino. D. Gullelmus de Anguispach
Gastaldio et Concilium civitatis Austrie ordinant
et constituunt eorum procuratorem et nuntium
Gulielmum nepotem magistri Valteri qui in
presentia predicti D. Zannini marchisini sindi-
cario et procuratorio nomine D. Gastaldionis
supradicti, Consilii et communis civitatis Austrie
recepit, approbavit et ratificavit pacem ipsam
et corporaliter in animas eorum ad S. Dei
Evangelia tactis Scripturis eam inviolabiliter
observare iuravit. Anton. Not. A N u o

310 30. Iulii. Utini

Massarii D. Patriarche de Plavia de Contra-
ta Tulmini lamentabantur quod per aliquos
Gastaldiones qui successerunt D. Avancio in
dicto officio in Tulmino molestabantur inde-
bite et gravabantur compellendo eos violen-

ter ad colligendum et percipiendum ea que
solvere et facere non curant et
que de iure non tenebantur. Quo propter D. Pa-
triarcha mandat ut'ismo magistr. Walteri qua-
tenus omnibus testibus suas super possessio-
nibus producere voluit, earum attestationes in scrip-
tis redactas ad eum insinuet ut super
tali negotio deliberare possit quod rationabili-
ter se fa. terum expediat. Aut. vet. A. N. A. O.
1310 so fulli ...

D. Ottobonus Patriarcha constituit et ordina-
vit D. Albertum Abbatem sumaquensem ep. Ve-
carium suum procuratorem et nuntium ad pe-
tendum et recipiendum pro tempore preterito
et presenti a D. Petro Gradonico ducis et
communi Venetiarum pensionem, seu pacta-
tionem et affictum quadringentarum quin-
quaginta marcharum ad ipsum D. Patriarcham an-
nuatim debitarum pro civibus et iurisdictio-
nibus debitis per ipsos D. Ducem Consilium
et commune Venetiarum; insuper ad re-
quirendum et petendum quod bona mo- ~~idem D. Vene-~~
bilia ipsius D. Patriarche ~~et communis Venetiarum~~ de anno preterito
Venetiis ablata ipsi D. Patriarche seu suis
familiis restituantur secundum formam
pacis nuper firmate inter eos. Denique ad
paciscendum et pactum firmandum cum
quocumque qui monetam Aquilegensem cude-
re vellet. Aut. vet. A. N. A. O.

1310 10 Augusti Cremone

Margarita Priorissa et moniales S. Bla-
sii de Palude de Cremona dicebant sorori
Margarite q. magistri Bonati: cur recede-
re ab hoc monasterio sine aliqua grava-
mine tibi facto? et quomodo et qua ratio-
ne hoc facis? Ipsa autem respondebat: vo-
lo facere voluntatem mobilis mei quia di-
xit mihi et precepit quod in hoc mona-
sterio stare non debeam. Pellegrinus not. tunc

1310 7. Septembris In Civitate Austrie

D. Ottonellus Archidiaconus Concordiensis
facit et constituit presbiteros Vecellonem et
Bilenum vicarios de Aviano nec non Domini-
cum Vivianum a Maniacho suos nuntios et
vicarios in Spiritualibus ad tenendum Pla-
cita Synodalia in Plebibus Valvasoni, Meduni,
Tramontii, Arbe, Aviani, Vigonovi, Cordeno-
nis, Cavisnacii, Zopule et Castelleonis Ar-
chidiaconatus predicti a proximo festo S. Mi-
chaelis usque ad tres annos ita quod Placita
temporibus consuetis teneant et questiones que
coram eis proponentur determinent et decidant
et quod decreverint per censuram Ecclesiasticam
faciant inviolabiliter observari salvo tamen
quod questiones matrimoniales et questiones
alias arduas non valeant determinare absque
consilio et consensu D. Iacobi Episcopi Concor-
diensis aut ipsius D. Archidiaconi. Act. Utini. [illegible]

1310 17 Septembris in Civitate Austrie

D. Sulicimus, Tabolue et canonicum Ca-
stane faciunt et constituunt ad petitionem
D. Jacobi Capitanei [illegible] de Rubegua-
ho et Petrum Jordane de Civitate commu-
nitates ad procuratores ad faciendam pacem
et concordiam cum D. Bernardo de Zucenia
[illegible] nobilia [illegible] Antonius Kuanic

1310 25 septembris Austrie

A. [illegible] in castello [illegible] dat [illegible]
[illegible] in penam [illegible] excommunicationis
[illegible] quod non [illegible] quandam summam
pecunie [illegible] arrado de [illegible] Archidia-
cono [illegible] propter [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] de [illegible] pecunie
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1310 12 Octobris ibidem

D. Ricardus [illegible] camerino [illegible] D.
Arquino de Manialabero seu de Daimo
ut redditus et proventus Monasterii [illegible]
[illegible] receperit et [illegible] tempore quo
Abbas dicti Monasterii erat extra Forojulium
cum D. Patriarcha et [illegible] hujusmodi com-
missionis [illegible] fructibus et redditibus ipsius
Monasterii habuit et percepit. Verum cum
D. Episcopus Concordiensis occasione hujusmo-
di ipsum D. Arquinum et ejus familiares
excommunicasset, ipse habuit super hoc va-

cursum ad D. Comitem Goricie asserens quod
maiores expensas fecerat pro manutenen-
dis et exigendis dictis redditibus, quam es-
sent redditus percepti per eum: et propter
hoc D. comes ordinavit quod quidquid rece-
perat de dictis bonis remaneret sibi libe-
re pro expensis predictis. Tamen a d. [illegible]
[illegible] Abbate dicti monasterii vocatus in
judicium coram D. Ottobono Patriarcha, dic-
tus D. Asquinus [illegible] expectatus et super
scalas palatii sui per nuntium proclama-
tus ad dictum diem non comparuit. Tunc
facta recognitione [illegible] eorum per eundem D.
Asquinum dicto Monasterio ablatorum que
erant centum et viginti staria frumenti,
staria tria et dimidium siliginis, staria
octoginta et [illegible] avene, nonaginta [illegible] gal-
linas et sex Frisachenses, D. Patriarcha pre-
cepit D. Asquino quod solveret bannum Curie
et dedit D. Abbati nuntium ad accipiendum
de bonis ipsius D. Asquini ad alterum va-
loris redditum et bonorum monasterii Su-
maquensis acceptorum et habitorum per ip-
sum D. Asquinum. Meliorat. not. D. M. O.

1310 20 Novembris Utini

D. Ottobonus Patriarcha cum fimbria sue
clamidis nomine suo et Aquilejensis Ecclesie
manu propria investivit Federicum filium
quondam Jacobi de Albertis de uno manso

sito in Vado ante Civitatem juxta flumen dictum Lindise quem in suis manibus vestynavit magister Guarnerius Rosa de Civitate Antonius not. A. A. U. O.

1310. 23 Decembris in Civitate Austrie

Leonardus de gastaldia pro se et Commune Civitatis in manibus D. Bernardi Decani Civitatensis laudavit treguas D. Bernardo de Zucula et suis amicis easque prorogavit a festo nativitatis Domini in quo expirabant usque ad proximum festum epiphanie Domini per totam diem et noctem sequentem ut antea facte fuerant. Antonius not. S. N. U. O.

1310

Hoc anno tantus fuit defectus in vino, quod a memoria hominum numquam fuerat, urna enim que anno precedente valebat quinque grossos cum dimidio, valebat duos solidos grossorum. et in taberna mensura que consueverat dari pro duobus grossis dabatur pro decem. Bladum in proximo foro ante festum nativitatis, frumenti valebat quadraginta libras, milei quadraginta libras, sorgi quadraginta libras et annone tantundem. Odoricus a Portunaone i M. R. O.

1311

1311 · Invaluit fames in terra Forijulii, et tantus erat defectus tam in vino carnibus blado quam in omnibus aliis rebus tum propter gwerras, tum propter mala opera, quod omnes qui petebant bladum, non inveniebant, et pro maiori parte omnes cum familia sua stabant per tres dies et per totam septimanam cum herbis terre sine pane, et multitudo maxima moriebatur pre fame. Odoricus a Portunaonis. C.C.m.v. o.

1311 14 februarii

D. Gabriel de Strassoldo pro viginti duabus marchis vendidit Bartholomeo de Sento unum mansum cum uno molendino sito in Chiarottis iure feudi D. Ducis Austrie, Anto. not. pellonus B M a

1311 1° Aprilis Utini

D. Ottobonus Patriarcha contulit Nevurano notario et Blasio fratribus de Glemona licentiam construendi unum molendinum in aqua que dicitur plavis in loco vocato Piviola cum accessibus et aquaeductibus suis usque in viam publicam solvendo annuatim in festo Nativitatis Domini dimidiam marcham denariorum novorum Aquil. B A U a

311 3 Aprilis Utine

D. Ottobonus Patriarcha contulit D. Bernardo de Budrio et suis heredibus unam domum in Civitate Austrie, quam per suas speciales litteras concesserat ser Gulielmus olim patri suo ratione valoris dampnorum que passus fuerat tempore guerre, Burnes [illegible] B. A. U. O

1311 22 Aprilis Glemone

Magister Jacobus Phisicus de Florentia pactum cum D. Hermano Capitaneo Glemone facto pacium ac conventionum sub et

I Quod ipse D. ...tus habere debeat a Communi Glemone ... libras Veronensium parvorum et domum locatam

II Quod teneatur providere infirmos Glemone, homines et mulieres sine pretio hinc ad ... tres vices et sive infirmi valeant se concordare cum ipso medico.

III Quod extra non possit de Terra absque verbo Capitanei consilii et infirmi Bartholomeus not. A. U. O

1311 3 Maii

Ob servitia ei prestita et expensas per eum factas ... et vineatum pro Utchone [illegible] ... perpetuo ... ch ... D. Ricardus de Camino dedit et concessit in feudum nobili militi D. Odorico de Cucanea et suis heredibus in perpetuum duas villas positas in Forojulio videlicet

Bandum et Bugulas, et omnem Garictum
et Advocatiam et Jurisdictionem quas ipse
habebat in dictis villis. Varii 525.

1311 3. Maii Glemona.

Acceptis a D. Manno Preposito S. Petri de
Carnea et a D. Guido canonico illius quod
presbiter Candidus de Glemona a D. Albertus
Plebani de Artenea eundem presentavit, pre-
terea Bartholomeus officialis dicti capituli in-
vestivit eidem D. Candidum de cellaria capitu-
li cupam [illegible] in signum [illegible]. Bellegni
[illegible]

1311 [illegible] Maii Utini

D. Ottobonus Patriarcha investivit Franciscum
q.m Egidii Stracelini de la Motta de Rabstan-
ra et possessionibus quas D. Ottobonus de Feli-
cianis de Placentia nepos ejusdem D. Patriarche
ab ipso habuerat in Terra Maduna, ab iis
efuso manibus [illegible]

1311. 25. Maii. Glemona.

D. Federicus de Prampergh pro ducentis
marchis denariorum obligavit se ad sex an-ni
nos proxime venturos D. Wicardo de Petra pi-
losa de non vendendo, dando aut obligando
modo aliquo castrum de Mimillana tam Ve-
netis quam Justinopolitanis aut aliis quibus-
cumque per quos dictum castrum pervenire
posset in manus hominum de Venetiis; et de
non faciendo contra ipsum D. Wicardum, aut

ejus servitores eo quod tenuerat ipsum
castrum Mimilliani hucusque. Et pro his juxta
pacta pactum habitum inter eos promisit prae-
stare eidem D. Wicardo idoneam cautionem.
At cum fidejussorem habere non posset, de
consensu D. Mathiae de Glemona fratris ejus
obligavit pro trecentis marchis eidem D.
Wicardo domum suam cum turri et aliis
domibus et bonis ipsi D. Federico perti-
nentibus tam in Castro Glemonae quam
extra ejus pertinentiis. Pelegrinus vol. A.C.M.C., ...

1311 12 Octobris Utini

Arnaldus Episcopus Sabinensis Apostolicae
sedis Legatus miserat D. Ottobono Patriar-
chae litteras suas in quibus ratione suae
procurationis petebat a clero Patriarchatus
Aquilejensis mille trecentos et triginta flo-
renos auri, et alios trecentos ratione suae
subventionis. Dominus autem Gentilis tituli
S. Martini in montibus presbiter Cardinalis
Legatus et ipse petebat per suas litteras
ab eodem clero titulo suae subventionis flore-
nos auri quadringentos et uterque gravibus
poenis eundem clerum ad solvendum com-
pellebant. Ottobonus Patriarcha convocatis ma-
joribus cleri Aquilejensis existentibus in Foro
Julii, coram eis praenominatas litteras legi fecit,
cumque illis visum fuisset procurationem et
subventiones antedictas quae ascendebant ad summam

mam sexcentarum et septuaginta novem mar-
charum Aquilejensis monete fore solvendas: fac-
ta taxatione de providorum consilio ... [illegible]
distributione ordinatum fuit quod usque ad ... in
proximum festum Sanctorum omnium, sub
pena excommunicationis et ingressus Ecclesie ...
unusquisque de clero partem ad eum con-
tingentem ... ... cedule que et ... [illegible]
tabitur invenit descriptam solvere debeat.

Hinc D. Ulrico Archidiacono Carniole et
marchie impositae fuerunt marche centum
et viginti novem, et quinquaginta tres de-
narii novi monete Aquilejensis.

Domino Cuno Abbati de Rosaltharn
Archidiacono Carinthie impositae fuerunt cen-
tum et viginti novem marche et quadra-
ginta tres denarii predicte monete.

Et D. Lupoldo Archidiacono Saunie et
marchie impositae fuerunt marche octo-
ginta sex et quinquaginta tres denarii
ejusdem monete, meliorando ... M. O.

1311 16 Octobris ... [illegible]

Iuxta petitionem D. Cardinalis Legati
redeuntis ab Ungaria et in ejus subventionem ex parte D. Ottobone
Patriarche, precipitur sub pena suspen-
sionis et ingressus Ecclesie D. Iacobo Epi-
scopo Concordiensi quatenus secundum
modum taxationis et contributionis de
quadam alia collecta inter Suffraganeos.

Patriarchatus Aquilejensis nuper facta Aquilejæ in provinciali Concilio de parte ad eum, sive Capitulum et clerum contingenti, Argentum quadraginta florenos auri ... sua viginti duos solvere debeat.

Simile mandatum missum fuit V. Episcopo Tergestino pro viginti quinque florenis auri, et V. Episcopo Iustinopolitano pro duodecim florenis. Melior. not. B. M.

1311 ... Octobris

ut congrue supportare valeat onera expen... ... sacram et venerem Apostolice sedis sibi commu... ... bentum V. Patri ... Columna sancte Romane ecclesie Diacono cardinali, Clemens quintus concessit ... fuit ... loca et beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, secularia ... et regularia ... annuum ... per aliorum ordinum que, in Patriarchatu ... Aquilejensi ... ad presens et que ... vacaverint in posterum; Abbatiis et ... conventualibus dumtaxat exceptis ... tummodo ipsorum fructus, redditus et proventus non excedant valorem annuum ... Argentorum florenorum auri nec ecclesie ... ... debitis fructuntur obsequiis et cura ... ... in eisdem nullatenus negligatur. ... igitur quod de eisdem ecclesiis ... ... V. Cardinalis duxerit acceptandas ... ... presumat. Meliorantia not. B. M. c.

1311

Summa trecentorum et sexaginta florenorum ... fuit ... Episcopos suffraganeos per venerabilem virum V. fratrem Iohannem vicarium et procuratorem Paduani et magistrum ... Tridentinus episcoporum ad hujusmodi divisionem faciendam electos deputatos in Concilio generali anno Domini MCCCXI. Indictione nona Aquilejæ celebrato,

Aquileja — LXXXXVIII. flor. et dimidium

Padua — LXV. flor.

Vicentia — XXVIII. flor. et dimid.

Tarvisium — XXIV. flor.

Feltrum — XIII. flor. et dimid.

Cumanus — XXV. flor. et dimid.

Cenedensis — IX. flor.

Concordia — XII. flor. et dimid.

Tridentum — XXI. flor.

Mantua — XVIII flor.

Veronam — XXXII. flor. et dimid.

Tergestum — V. flor. et dimid.

Iustinopolit. — III. flor. [illegible]

Pola — III. flor. et dimid.

Parentinum — VII. flor.

Pedenensis — I. flor. et dimid.

Emona — III. flor.

Meliorantia Not. B. M. c.

1311 27 Octobris in Tolmetio

D. Pertoldus capitaneus castri de Tolmino respondit D. Gerdomano Abbatissae de Civitate quod ipse numquam audiverat D. Patriarche, et D. Comitis Goritiae superiores ab antiquioribus temporibus et denuerat quod monasterium D. Abbatissae de Rosey facere de jure non tenebantur waytam in castro Tolmini, ideoque ipse D. Pertoldus per se suosque successores dictae monasterium de Rosey de dicto onere eximebat. A B. n. c.

1311 11 novembris Glemonae

D. Federicus miles de Prampergo pro anima sua ac mortuorum dominorum Aquilejensium ... dedit communi Glemonae Castrum suum de Glemona in quo morabatur ... et quod fuit olim D. Henrici de Prampergo cum turri et domibus salvo tamen omni jure Aquilejensis ecclesiae et ea conditione ut dictum commune solvat annuatim in festo Nativitatis Domini ... Ecclesiae S. Mariae de Glemona unam libram olei pro dicto castro. ... A C u c

1311 20 novembris Glemonae

Leonardus Augustini de Artenea una cum Miglorino et Blasio filiis Petri Talparti depredati fuerunt in campo Ydriae unam trallam Fratris Iohannis de Plano Carpino procuratoris passagii Terrae Sanctae quae deferebatur ab Alemania atque erat magnum avere

Cumque eandem Ballam in Antineam portassent et in domo ipsius Leonardi inter se divisissent que in ea invenerant, supervenit D. Federicus de Prampergh et abstulit illis unam valisiam et alias res que erant in dicta balla. Misit postea per eundem Leonardum quem claudi fecit in ejus turri et adeo eum tormentavit ut restituere deberet unum calicem fractum et quinque gulotas argenteas seu coclearia de parte prede que ad eum contigerat.

D. Hermanus Capitaneus Glemone ad quem res ablata fuerat ex parte D. Patriarche, eius Viennis et D. Comitis Goritie Capitanei generalis Forijulii precepit D. Federico de Prampergh prefato ut dictum Leonardum sibi resignaret quia de ipso volebat facere justitie complementum. Cui D. Federicus respondit quod habebat in mandatis a D.a Comitissa Goritie quod ipsum Leonardum observare deberet in suo dominio donec D. Comes veniret in Forumjulium, nec alicui persone eum dare deberet, ac proinde recusabat dictum Leonardum sibi resignare. Tunc D. Capitaneus semel, bis et tertio ex parte supradictorum Dominorum petiit eundem Leonardum et dixit quod si aliquid accideret retineret super ipsum D. Federi-

cum. At ille cepit ipsum ~~Federicum~~ Leonardum et
secum conduxit in castrum suum. Franciscus S[illegible]
belli not. A. C. M. e

311

Nuntii capituli civitatensis ex una
parte et castaldio et procuratores Commu-
nis ex alia rogaverunt D. Patriarcham ut
questionem que inter eos vertebatur circa
solutionem dacii vini gratiosius diffinire
dignaretur: qui eisdem respondit quod sic-
ut alias diffinierat sic nunc diffinire debet
scilicet quod si clerici sive ad minutum,
sive alio modo quocumque vendunt vinum
possessionum aut prebendarum suarum, da-
tium solvere non tenentur si autem vi[illegible]
num emunt et postea illud vendunt tunc
datium Communi solvere debent; et insuper
si ementes vinum a laicis seu civibus [illegible]
vitatis et illud extra Terram portantes con-
sueverunt solvere pro ipso vino datium [illegible]
xta portas, ementes a clericis datium sol-
vere similiter tenentur et debent. Mel[illegible]
rantia not. B. M. O.

1311 15 Decembris Portulans

Domini Manfredus, Federicus et Gabriel fratres
de Porcileis pro se et heredibus hec inter eos
concluserunt et solemni stipulatione firma-
verunt pactum quod sub pena duarum
millium florenorum observare promiserunt;

I nullus ipsorum fratrum aut heredum ac
successorum de gradu in gradum descendent-
tium possit nec valeat vendere ac alienare par-
tem suam Porciliarum et Brugnarie vil-
larum Pulei et Sovizie, nec Advocatiam
S. Advocati quam de novo acquisiverunt
nec aliquid quod eorum dominii iura mi-
nuat aut infirmet.

II Si contingeret aliquem eorum mori, he-
redes eorum legitime nati et masculi tan-
tum succedant de gradu in gradum: et
si pupilli remanserint, gubernentur per
proximiores masculos domus et non per
alios.

III Si aliquis eorum moreretur sine heredi-
bus masculis ex ipsis legitime natis, et una
aut plures ex eo legitime nate remanserint
Domine, cum maritantur habere debeant
singule in dotem libras mille parvorum et
duas ancillas, jocalia et fulcimenta secun-
dum consuetudinem domus, et de hoc re-
maneant tacite et contente.

IV Domine non possint hereditare in castris
bonis et possessionibus districtibus aut juris-
dictionibus Porciliarum, Brugnarie, villa-
rum Pulei et Sovizie et S. Advocati, nec
in aliis bonis que ad dominium pertinent
domus de Porcilais.

V. ipsi fratres nec aliquis ex eorum heredibus.

factam possit ultra summam quingentarum
librarum.

VI. Dominabus quas ducent in uxores largi-
ri possint unum servum et unam ancillam
ratione dismontatura, seu palafrenatus, et
libras quatuor centum ratione morghengabii
et non ultra.

VII. Si contingeret quod casu aliquo ipsi aut
eorum heredes aliquid vendere deberent
vendant de bonis aut possessionibus non
subiectis dominio dictae domus de Pavilais et
prius offerant proximioribus suis de dicta
domo et dent eis minori pretio quam
aliis.

VIII. Dotes, venditiones, jura morghengabii
testationes et lassus detrahantur de
bonis non subjectis dominio, et bona, jura
possessiones, redditus et proventus ac ea
omnia que ad dominium spectant domus
de Pavilais, sine contradictione aliqua
terra semper remaneant masculis proximi-
oribus et legitime natis de dicta domo.

Iacobus Ogidii Not. C.C.F.C.

1312

1312 30. Martii. Goritie [illegible]

Prestito fidelitatis debite sacramento, & hom. [illegible]
nardus q.m D. Gabrielis de Strassolda investitus [illegible]
fuit a D. Henrico illustri Comite Goritie de [illegible]
infrascriptis bonis que illi de domo sua [illegible]
Strassolda ab eodem D. Comite habere debent [illegible]
videlicet de Advocatia de Monteplano cum ju[illegible]
dicio sive [illegible] ipsius et omnibus que ad [illegible]
dictum judicium pertinent, salvo et reservato quod [illegible]
si aliquis condemnandus esset in persona aut [illegible]
membris, illo D. Comiti vel eius Officiali asse[illegible]
quare debet et secundum morem [illegible] [illegible]
Item de hospitiis, albergariis et [illegible]ationibus [illegible]
in dicta villa. Item de omnibus mansis que [illegible]
[illegible] Bernardus et illi de domo sua habent in [illegible]
villa predicta. Item de uno burgo in villa Codroipona. [illegible]
Item de duobus mansis et duobus sedimentibus [illegible]
molendini in villa de Vivch. Item in [illegible]
[illegible] de dimidio molendino cum silvis et pratis [illegible]
Item de omnibus bonis que habent in Culzcha.
Item de omnibus bonis que predecessores eorum
emerunt super alpes Goritie cum decimis ad
ipsa bona pertinentibus. Henricus de [illegible] [illegible]

1312 3. Aprilis. In Civitate Austrie

cum [illegible] di [illegible] [illegible] de mercato
D. Henrici Comitis Goritie per servitores D.

Nicolai de Rivarotta interfectus fuerat.
predictus D. Nicolaus in concambium dicti
Sintgoy dedit et tradidit supradicto D. Comiti
Stephanum Studum et Antonium ejus fratrem
suos homines de masnata ut dictus D. Comes
faceret de illis tanquam de aliis suis hominibus
de masnata. Qui Stephanus et Antonius ju-
raverunt predicto D. Comiti servire et obedire
tamquam suo Domino. Benvenutus not. [illegible]
1312 3 Aprilis in Civitate Austrie.

Frater Gulielmus de Papia canonicus S.
Stephani de Aquilejo electus fuerat ad Prepo-
situram dicti S. Stephani de Aquileja per fra-
trem Albertum Abbatem Sumaquensem D. Pa-
triarche Vicarium et D. Federicus
de Pavellis auctoritate et mandato D. Johan-
nis Archidiaconi Aquilejensis procuratoris
D. Cardinalis Petri de Columna, Ecclesiam et
domum Prepositure occupaverat et adhuc
detinebat. Quare D. Henricus Comes Gori-
tie et Terre Forijulii Capitaneus generalis
in presentia Consilii Prelatorum, Liberorum,
ministerialium et Communitatum dixit quod
electio fratris Gulielmi ad dictam Pre-
posituram jam celebrata fuerat et per
vicarium D. Patriarche canonice confirmata
hinc patebat quod deliberaverat ut ipse D.
Comes in plenam possessionem predicte
Prepositure ipsum D. Gulielmum induceret

deberet remoto ab eadem D. Federico de Por-
ciliis. Quibus auditis D. Federicus de Porciliis
protestatus est et dixit quod ea quae per D.
comitem ad Consilium proponuntur mani-
mam juribus D. Cardinalis afferant praeju-
dicium et Sedi Apostolicae derogent aucto-
ritatem ac protecta ipse D. Federicus
in quantum potest propositis contradicit,
et suum penitus denegat assensum. Ban-
nerius Not. A. N. C. O.

1312 11. Aprilis

D. Henricus comes Goritiae et Terrae
Forijulii Capitaneus intendens Dominam
Alrubettam filiam suam dare in uxorem
Nicolao filio D. Francisci de Prampergh
dotavit eam ipsi Nicolao de voluntate
patris sui cum mille libris Veronensi-
um parvorum pro quibus assignavit
et jure dotis dedit eidem Nicolao ca-
stellarium suum de Bochiv quod habe-
bat in Istria cum omnibus possessioni-
bus et juribus ad ipsum castellarium
pertinentibus de quibus ipsum Nico-
laum jure census et legalis feudi in-
vestivit cum conditione quod si dabit
alia bona pro illis dictus D. Comes re-
habeat castellum de Bochiv. A. M. C. O

1312 6. Aprilis Tarvisii

D. Rizzardus q.m D. Gerardi de Camino

ludendo ad ligna cum multis Nobilibus quidam rusticus cum uno ronchono vulneravit eum in capite ad mortem et in novem dies mortuus est. Odoricus a Portunone C. M. R. O.

1312 ...

Factum est ver frigidissimum nam frumenta non miserunt spicas, et mensis maii fuit fere totus pluviosus.

Obsedit Rex Romanorum Brixiam cum trecentis millibus hominum, et tandem
2 obtinuit eam pro fame, et deperditis magnis, sicut decebat eum, ivit Januam, deinde Pisas, Romam. Odoricus a Portunone C M R O

1312 26. Aprilis in Civitate Austriae

D. Henricus Comes Goritiae et Frater Albertus Vicarius Patriarchae dederunt Castrum S. Viti Philippucio de Sabaudis usque ad unum festum S. Georgii, ita tamen quod debeat custodire dictum locum et permittere quod homines et personae D. Patriarchae et dicti D. Comitis intrent et exeant, et restituere locum in fine termini sub poena quingentarum marcharum. Bonaventuras Not. A. W. C. O.

1312. 21 Septembris Utini.

D. Ottobonus Patriarcha recepit Utini a D. Raynaldo Episcopo ... Apostolicae Sedis Legato pro mille ducentis et viginti florenis auri

nomine procurationis pro secundo anno Legationis suę sibi exhibendis. Super quo habita collatione cum majoribus cleri Civitatis suę Diocesis, placuit omnibus quod propter longiorem moram quam ipse D. Patriarcha jussu Pontificis fecerat in Romana Curia moderatum eidem subsidium exhiberetur quod ad dictam summam ascenderet mille ducentorum et triginta florenorum et ad quod tribuendum facta equa distributione inter eos clerus omnes possit juste compelli. Mandat igitur D. Patriarcha universis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Capitulis, Conventibus, Plebanis et aliis Ecclesiarum Rectoribus cujuscumque Religionis et status Diocesis Aquilejensis quatenus quantitatem ad unumquemque eorum contingentem et in cedula que cuique eorum exhibebitur expressam sub pena excommunicationis, interdicti et suspensionis Ecclesię usque ad proximum venturum festum B. Luce, Patriarchali camerę assignare procurent. Meliorantia vol. 5 n. 0

1312 ... octobris.

D. Ottobonus Patriarcha commendat Federicum de Pramperch ministerialem suum magnifico et potenti Principi D. Federico Austrię et Stirię Duci rogans eundem quatenus sic dictum suum ministerialem recomendatum sui amoris intuitu habere velit quod preces quas ex cordis affectu porrexit, ..

sibi sentiat per effectum operis fructuosas.

Rogat deinde nobilem et sapientem virum D. Odoricum de Walse quatenus dictum nuntium familiarem suum et ejus negotia apud supradictum D. Ducem assistere velit consilio et favore ita quod sentiat ejus preces apud eum sibi profuisse. Maldevantia Not. A.M.O.

1312. 24 Octobris ultri.

D. Jacobus Episcopus Concordiensis affictat omnes redditus et proventus cum omni jurisdictione temporali ad suum Episcopatum pertinente ad vitam suam D. Ottobono Patriarche Aquilejensi assignanda predicta libere absque omni onere debitorum pro mille libris veronensium parvorum annuatim solvendis, mutuatis statim sibi mille et sexcentis libris veronensium parvorum ut ex ipsis satisfaciat illis quibus eadem bona sunt obligata: de quibus mille et sexcentis libris deducentur qualibet anno quinquaginta de sua pensione usque ad integram solutionem. Et si aliqua bona ejusdem Episcopatus invenerentur obligata alicui per ipsum simul deductio fiat de sua pensione pro solutione eorundem debitorum, et D. Patriarcha assignabit ad suam solutionem super Gastaldia Aubri: ita quod pro rata contingente dictum D. Episcopum ratione collecte legatorum D. Patriarcha solvat pro eo pro tempore futuro. Gabriel Not. A.C.U.O.

1312 11 Novembris Utini.

Castrum et locum Buje et Grisignane et pomarium Glemone, cum villa proprietate et omni dominio, possessionibus, juribus, iurisdictionibus, piscationibus, venationibus, hominibus et aliis omnibus ad dictum Castrum et locum Buje pertinentibus, D. Ottobonus Patriarcha donaverat ad rectum et legale feudum et possessionem habitantiam dilecto ac fideli suo ministeriali et militi D. Federico de Prampergh et ejus heredibus tam masculis quam feminis. Nunc vero tam propter tractatus et ut alias conventiones inter D. Patriarcham et D. Comitem Goritie et Istrie, per eundem D. Federicum de Prampergh tenorate [illegible] tractus tum etiam propter damna et amissiones quas ob reverentiam et statum Ecclesiae Aquilejensis passus erat, idem D. Patriarcha promittit eidem D. Federico dictum castrum et locum Buje garantare, et ab omni homine et universitate suis expensis defendere, et mandat D. Nicolao de Mavercailo ut ponat ipsum D. Federicum in possessionem et tenutam dicti Castri et loci e.c.

1312. 17 Decembris Utini

D. Ottobonus Patriarcha per fimbriam suae clamidis investit Nicolaum q.m Nodarich Longe de Civitate de feudo ministerii coquinae quod ejus pater olim habebat a D. Patriarcha et Ecclesia Aquilejensi. Mathiussius not. c. P. o.

1313.

1313. Cum per obitum V. Gerardini Episco-
pi Emonensis, V. Ottobonus Patriarcha prece-
bus D. Henrici comitis Goritiae et nobilis Do-
minae Beatricis ejus uxoris eidem ecclesiae
praefecerit in Episcopum et pastorem pre-
sbyterum Cancianum de Tovdita Plebanum
in Mesinas: mandat Episcopo Paventino
quatenus, convocatis Episcopis ad hoc necessariis,
praefato Electo Emonensi solemnitate debita
munus consecrationis impendat recepto ab
eo juramento quod in eorum consecratione
ritus , quae suffraganeos sibi praestare con-
suevit et debet. Maldonata ... A. ...

1313 ..

V. Ottobonus Patriarcha concedit D. Philip-
po de Savorgnano Praeposito S. Stephani de
Aquileia licentiam fundandi et construen-
di ecclesiam in honorem B. Stephani in Pa-
rochia plebis S. Odorici seu S. Mariae de Utino
inter ecclesiam dicti S. Odorici seu S. Mariae
et ecclesiam fratrum minorum ex opposito
domus suae. Ita tamen quod in oblationibus,
sepulturis et Ecclesiasticis Sacramentis parochiae
ecclesiae nullum ingerat praejudicium, et
in ejus institutione, visitatione et correctio-
ne matrici ecclesiae plano jure subsit ...

1313. 22 januarii Utini

Antequam ad Concilium generale per summum Pontificem solemniter requisitus, et ad Henricum imperatorem Ottobonus Patriarcha iter arripuisset, diffinitum fuerat in Colloquio generali Terrae Forijulii quod pro ejus itinere octo denarios Aquilejensis monetae pro quolibet foco et rota molendini haberi debeat ab omnibus Ecclesiae Aquilejensis subditis, juxta consuetudinem antiquissimam et notissime observatam. Cum autem multi juxta diffinitionem hujusmodi jam solvissent et aliqui solvere non curarent, Patriarcha volens jura suae Ecclesiae illesa servare mandat Judici Consiliariis et Communitati de [illegible] quatenus sub poena excommunicationis eligant inter ipsos duos aut tres bonos viros ac honestos qui pro quolibet foco et rota molendini eorum massariorum octo denarios Aquilejenses exigere debeant usque ad proximam dominicam proximae Quadragesimae et recepta quem ipse mittendum duxerit assignare.

Similia mandatum sub poena dupli missum fuit Vandussio de [illegible] promittens eis quod si non solverint infra quindecim dies Patriarcha non tam ad denuntiationem excommunicationis quam ad pignorationem procul dubio procedat. ~~[illegible]~~

simile mandatum missum denique fuit universis Abbatibus, Praepositis, Decanis Archidiaconis Plebanis et aliis Ecclesiarum Rectoribus injungens eis quatenus singulis diebus Dominicis et festivis usque ad instantem Quadragesimam ad solutionem hujusmodi omnes et singulos utriusque sexus parochianos disponant ecclesie a suis et ab aliorum colonis et massariis dictos octo denarios suo nomine recipiant. Quod si universitas aliqua aut parochia tota seu major pars solvere recusaverit ad excommunicationes penas procedant et loca ipsa et Ecclesias Ecclesiastico subjiciant interdicto. Malfranha not. A. M. a.

3, 3 30 Januarii in Civitate Austrie

D. Conradus Pilliola de Sacilo promisit D. Jacobo de Olois Gastaldioni Civitatis recipienti nomine D. Henrici Comitis Goritie et Tirolis capitanei generalis non tractare nec facere aliquid contra Terram Sacili donec erit in potentia dicti D. Comitis, nec contra ... es nomdum D. capitanei supradicti quod si contrafecerit cadat in penam duorum millium marcharum Veron.

313

Dum erat apud Viennam in Concilio generali et etiam post redditum ad ejus Sedem diderat Ottobonus Patriarcha quod non

nulli ultramontani ejus Diocesis hæretice pra-
vitati animum applicuerant et adeo infideli-
tatis error apud eos invaluerat quod de
fide catholica in partibus illis multipliciter
dubitabatur cupiens igitur obviare principiis
committit Priori S. Iohannis in Sayets pra-
tenus super premissis diligenter inquirat,
et una cum ejus Archidiacono contra sus-
pectos procedat: precipue autem ad exter-
minationem erroris per se aut per alios
verbum Dei predicet in locis quibus maxi-
me expediat; significans et jam mandasse
Ecclesiarum Rectoribus ejus Diocesis quod eum
occasione predicta benigne suscipiant. Ma-
tisvancha Nob. A. M. O.

1313.

D. Ottobonus Patriarcha annuens petitionibus
D. Henrici Episcopi Tarvisini qui maximam par-
tem festivarum suarum habebat in Dioce-
Aquilejensi concedit eidem usque ad duos an-
nos proximos quod omnibus et singulis vere
penitentibus et confessis qui ejus interessent
missarum solemniis et benedictionibus quas
more episcopali faceret in dicta Diocesi Aqui-
lejensi quandocumque celebrare et benedicere
pontificaliter eum contingeret, quadraginta
dies de injunctis sibi penitentiis relaxentur:
nec non quod per eum Sacrum Crisma
conficiatur et ordinentur etiam Clerici Sal-

burgensis Vicariis dummodo tamen ad id
Archiepiscopi Salzburgensis pro suis clavibus
assensus accedat. Meliorantia vol. A. M. O.

1313. 22. Februarii

D. Conradus de Arcis pretio ducenta
rum marcharum vendit D. Henrico comiti
Goritiae et vicario generali totius Patriar-
chatus jure feudi D. Patriarchae, quod hereditat
masculos et feminas, castrum et locum de
Arcis cum vassallatico, dominio et jurisdic-
tione a tribus milliariis et dicta bona de
consensu D.ae Lucardae uxoris suae et D. Agnetis
ejus filiae, nec non D.ae Gertrudis uxoris D. Odor
lici de Sanoruenta [illegible] resignat in manibus
D. Patriarchae, et de ipsis investitur D. comes
praedictus Antonius vol. [illegible] B. m. o.

[illegible] super summum
propriam teneatur ad placitum villarum
Civitatis, nec ad Advocatiam respondere De-
claratio facta in Brixia per juratos coram
Gastaldione et Advocato Civitatis [illegible] B. m. o.

1313 [illegible] Aprilis Utini

D. Johannes q.m Bissii de Civitate Austriae
procurator magnifici et potentis viri D. Gera-
rdi de Camino, comitis Cenetensis ac Ca-
pitanei generalis civitatum Feltri et Belluni,
flexis genibus supplicavit D. Ottobonum Patri-
archam ut dictum D. Excellentem investiret

1313 11 Martii in Civitate Austriae

Henricus comes Goritiae et Tirolis, Aqui-
lejensis, Tridentinae et Brixinensis Ecclesiarum
Advocatus et totius Forojulii Capitaneus genera-
lis, investit ad rectum et legale feudum quod
hereditat masculus et femina nobiles viros Ianu-
nos Ahglerium et Raymundum de la Turre de
castro Flambri cum burgo adjacente, nec non
campis, pratis, silvis, terris cultis et incultis
aquis etc. et dicti fratres de la Turre ipsi D.
Comiti fidelitatis juramentum praestiterunt quod
praestari in talibus consuevit hoc addito in-
ter eos quod ipsi ut vassalli Domino suo
solum in Forojulio, et tantummodo inter Tul-
mentum et Isuncium tenerentur, ratione
praedicti feudi servire. Archivio Torriani c.

de feudis que, Gerardus ejus pater et Rizzardus frater ejus olim habuerant a D. Patriarcha et a domo Aquilejensi cum ipse D. Guecello impeditus magnis et arduis negotiis ad ejus presentiam venire non poterat. Subsequenter auditis et lecto procuratorio D. Patriarcha eundem D. Iohannem procuratorem nomine dicti D. Guecellonis recipientem cum fimbria sue clamidis de predictis feudis investivit in nomine dicti D. Guecellonis eidem D. Patriarche, prestavit sacramentum fidelitatis ut vassallus Domino suo prestare consuevit. Feuda autem sunt hec: castrum Botestayn cum toto Cadubrio tam citra quam ultra Plavim, castrum Cuccagnani, castrum Cavolani, castrum Rigizzoli cum omnibus eorum pertinentiis et juribus, et quidquid ipse D. Guecello habet in plebibus S. Cassiani et S. Flavi, ac etiam in districtu Campi, et alia si qua reperiuntur.

1313 10 Madii Utini.

Pro procurationibus primi et secundi anni legationis D. Arnaldi Episcopi Sabinensis remanebant adhuc exigendi in Diocesi Aquilejensi octingenti sexaginta novem floreni auri qui cum magna instantia per ipsum D. Legatum a D. Patriarcha requirebantur. Quare idem D. Patriarcha D. Grant Abbati Monasterii de Arnolstayn, Archidiacono Karinthie, D. Ulrico Archidiacono Carniole et D. Lupoldo Archidiacono Saunie sub pena privationis officii et beneficii districte mandat quatenus usque ad proximum festum Pentecostes cum omni pecunia de dictis collectis quam habent aut in posterum habituri sunt coram se personaliter...

comparerent et omnes contumaces dent si-
li in scriptis, qui si infra unum mensem
post dictum terminum non satisfecerint
coram ipso D. Legato personaliter comparere
debent et dicti D. Archidiaconi cum eisdem.
meliorantia mob f. m. o

1313 7 Iunii Utini

Varius q^m Banab a stupa de Utino in-
vestitur a D. Ottobono Patriarcha de quarta
parte unius mansi siti in Tavella Ungaresc-
ca de Utino jure feudi ministerii equi
de sacco meliorantur. mob. in membrana Brandoli.

1313 Septembris

Cum sicut dicebatur, D. Patriarcha, existente
Comite Capitaneo gessisset cum Duce Austrie, et
cum Paduanis et Tarvisinis guerram, ...
contra Comitem prædictum, ideo sua loca
Ecclesiæ Aquilejensis, videlicet Goss, Auspergh,
Montemfalconem, Tricesimum Artegnam Sela-
ram, Tumetium, Faganeam S. Vitum, Sacilum
et Caniparm occupaverat, volens loca præ-
dicta de manibus ejus eruere; et Dux Au-
striæ in Tulmeno debebat mittere Episcopum
de Gurgh cum apparatu suo. Quod in-
telligens D. Comes, statim cum gente sua
adiit Tulminum, et comburi fecit totam
villam, existente in Curia Tulmini Otto-
bono nepote D. Patriarchæ, et ipsam Curiam
obsedit die decima tertia Septembris. Sed

cum locum habere non posset, nec intrinseci ha-
bere aliunde auxilium, finaliter concordaverunt
taliter quod ipsi iverunt securi cum personis quae vol-
uerunt et sic D. Comes habuit locum ipsum et Ca-
strum die sexto Octobris et dimisso ibi D.
Paulo de Civitate pro Capitaneo, recessit Cavita-
tem die septima predicti mensis Chron. Julian
1313 30 Septembris citato.

Visis et intellectis hiis quae contra D. Can.
Tarvisinos et Paduanos nec non contra
ipsum Patriarcham continebantur in litte-
ris D. Comitis Goritiae; D. Ottobonus Patriarcha
egit gratias Potestati, Consulibus, Consilio et
Communi Civitatis Tarvisii quod illas ad eum
transmiserant. Observat deinde quod licet D.
Comes interius contra eos omnes malum
haberet propositum ut patet ex ejus operi-
bus tamen dum ignoravit unionem in-
ter eos factam, optimam ostendebat volun-
tatem. Quae cum illi nuntiata fuit, ac si di-
ceret: modo adjuvent illum Tarvisini et Pa-
duani si possunt, contrarium Tarvisinis hostili-
ter ostendere procuravit et nihil ex hoc
nisi damnum est hucusque assecutus.
Sperabat ille quod expulso Patriarcha, pro-
fligatis Tarvisinis facilius Paduanos opprime-
re posset. Verum mala quae aliis parat su-
per caput ejus recident si Tarvisini simul
ac Paduani dabunt operam et opportunam

subsidium de quo D. Patriarcha eos rogat, quam esse potest celerius habeat. Verci.

1313. 8. Octobris Utini

Per nobiles viros Franciscum de Castro novo et Hectorem de Savorgnano, suos ambaxatores D. Ottobonus Patriarcha amicabiliter postulat et requirit quatenus Potestati et Communi Tarvisii placeat eidem, iuxta posse transmittere necessarium auxilium et succursum tam peditum quam equitum armatorum; ut idem D. Patriarcha Tarvisinorum et amicorum suorum mediante auxilio celerius et securius communem inimicum valeat viriliter propugnare ad ipsius depressionem, et sanctorum amicorum gloriam et triumphum. Verci

1313. 8. Octobris.

Totus exercitus D. Comitis, ignorantibus Civitatensibus, ivit ante Utinum; ea quia fovebant et inducebant aliqui D. Patriarcham ad faciendam verram D. Comiti cum quibusdam Castellanis: et subito facto insultu ad omnes portas, animalia non multa acceperunt, et etiam homines ceperunt quamplures. Chron. Iuliani.

1313 10 Octobris.

D. Iuan Babanich venit in auxilium D. Comitis: et steterunt ante Utinum per plures dies, devastando villas circumiacentes, et totaliter destruentes. Chron. Iuliani.

1313 31 Octobris Utini.

Ottobonus Patriarcha significat Potestati consilio et Communi Tarvisii se cum D. comite Goritie quindecim diebus stetisse in tractatu; et licet quod se contentare posset, considerata tamen liga que inter eos est sine amicorum consensu nullum ab eo tractatum acceptare voluisse nisi ipsis quoque et Paduanis utilis non esset et bonus; igitur affectione qua potest maxima constantiam eorum deprecatur ut omni mora postposita tam per quam Paduani velint dare operam cum effectu quod mediante communi et opportuno eorum subsidio ipse qui hactenus incurrit officium sustinuit contra communem hostem officium melius assumat &c.

1313 2 Novembris

Cum D. Federicus de Pyris et de Susans adiuvabat D. Patriarcham et in Utino factus fuerat capitaneus, D. comes incontinenti ivit ante castrum de Pyris et ipsum die secundo novembris cepit et funditus devastavit. Postea ante Susans equitavit et cum D. Federicus fuerat vulneratus et iacebat ad mortem tradidit sibi locum, quod commissum fuit D. Ricardo de Petrapilosa; sed postea fuit sibi restitutum cum magna securitate, quod non faceret contra comitem.

Chron. Iuliani

1313 12 Novembris Utini

Mittitur per D. Ottobonum Patriarcham

Potestati, Antianis et Consulibus Civitatis Tar-
visii quaedam Cedula cujus tenor talis est:

Universi subditi et fideles Aquilejensis ec-
clesiae aure tristantur de diuturna provastina-
tione subditi Paduanorum et Tarvisanorum et
existimant eos non alio consilio cum D. Patri-
archa unionem fecisse quam quod praeoccupatus
Comes Goritiae circa Patriarcham et ejus subdi-
tos, contra Paduanos et Tarvisinos non pro-
cedat. Et idem D. Comes eum consuluit ut
pacifice potius secum vivat quam permittat
se ulterius decipi a Paduanis et Tarvisinis.

Ordinatum est Colloquium generale om-
nium Forojuliensium Praelatorum, daspnes-
mannorum et Communitatum ad requisitionem
comitis Johannis Rabannici per D. Patriarcham,
accedente consensu et fiducia D. Comitis Goritiae
ad diem Jovis decimam quintam mensis ve-
ventuis, hora nona in campis prope Utinum,
ubi alias D. Patriarcha locutus fuit eidem Jo-
hanni Rabanicho; et si usque ad praefatam
diem et horam D. Patriarcha non habuerit sub-
ditum Paduanorum et Tarvisanorum, pro-
cedet concordia si placuerit Forojuliensibus ibi-
dem congregatis: vel forte eligentur aliqui
sapientes, qui potestatem habebunt omnium
aliorum circa concordiam firmandam, et
ad plus poterit protrahi negotium usque ad
diem Lunae proxime subsequentem facien-

mam nonam ejusdem mensis Novembris.
Si igitur Paduani et Tarvisini nolunt fa-
cere quod tenentur infra terminos memo-
ratos non imputent D. Patriarche, si concor-
diam faciat cum ipsis.

Per tres menses duravit expectatio subsi-
dii prelibati, et tantundem duravit continua
persecutio Comitis Goritie occupando et devastan-
do bona Aquilejensis ecclesie et subditorum.
Nunc est in obsidione Buje castri D. Patriarche,
quod distat ab Utino ad quindecim milliaria ver-
sus Slavoniam. Omnes soldati stipendiarii D.
Patriarche confluunt ad ipsum, sed stipendiarii Com-
munis Padue et Tarvisii non audent appropin-
quare Comiti Goritie ad quindecim milliaria et
possent, si vellent secure Utinum pervenire.
Si stipendia data vel que dantur stipendiariis
prefatis assignata fuissent D. Patriarche, ipse
procurasset strenuos bellatores de Terra Ducis
Austrie qui Comitem Goritie non timerent.
Hoc significatum fuit Petro de la Mota jam-
diu est, quod si adhuc fieret contentus esset
D. Patriarcha.

Dux et Commune Venetiarum mittit
suos Ambaxatores ad tractandum concordiam
inter D. Patriarcham et Comitem Goritie, vi-
delicet D. Michaelem Mauroceno et D. Ra-
nielem Dandulo.

Comitiva D. Ducis est circa quadringenta

et fulginta equites in universis, ex quibus mi-
nus quam ducenti habent lanceas, et inter om-
nes istos non sunt quadraginta dextrarii. Reli-
qui ducenti fulginta vel circa sunt sagittarii cum
archis et balistis, sed per unam balistam sunt
ipsos archi, et ex istis multi habent equas, et
... equos

illi qui sunt in castro Buie viriliter se
defendunt pro d. Patriarcha, et multos de gente
comitis percusserunt et vulneraverunt tam die
sabbati, quam die dominico, et continue sperant
majorem ipsis inferre lesionem. ipsi vero de
castro per gratiam Dei hucusque permanserunt
illesi.

Nullo modo proponit d. Patriarcha ante diem
eum lune decimum nonum Novembris firmare
concordiam memoratam expectando succursum,
et post diem lune predictum prorogare in-
tendit, si decenter poterit. Verum.

1313 20. Novembris Utini.

Potestati consulibus Consilio et Communi Ci-
vitatis Tarvisii notificat Ottobonus Patriarcha quod
per tractatus varios habitos cum d. comite Gori-
tie tempus protraxit sub diuturna expectatio-
ne subsidii per eos et per Paduanos sibi pro-
missi et tandem eo deductus est ut oppor-
tuit sibi sequi consilium quod die sabbati pro-
xima preterita Novembris sui ipsi subditi de-
derunt sub certis articulis illi exhibere

sed pro certo quod si viderint eum adjutores habere per quos sperent ipsi Comiti resistere posse concedant potius quod durat et se defendant; et si viderint eum omni subsidio destitutum, quamvis grave sit eis subiici juga tyrannice servitutis inter tot mala eligant tolerare et concedent quod fiunt tractatum. Et ille non credit negotium ultra posse prorogari. Quare eorum amicitiam requirit et rogat quatenus non permittant eorum stipendia penes Opitergium frustra consumi, sed applicent qui ibi sunt infra dictum terminum, et Paduani mittant suos ut communitati tota resistere valeat aut saltem si cedere cogitur necessitati ipsam habeant excusatam. Venetiis.

1313. 23 Novembris Utini.

Petrus habitator castri Utini obtinuerat a d. Patriarcha licentiam construendi in Ecclesia S. Mariae dicti castri unum altare in titulum vocabulo Beati Petri Apostoli et illud etiam de propriis bonis dotaverat. Nunc vero annuens supplicationibus d. Hectoris et eius fratris Federici nepotum prefati d. Petri, d. Patriarcha consentit quod dicti fratres sacerdotem quemcumque eis placuerit dummodo idoneum et per ipsum d. Patriarcham confirmandum et instituendum valeant presentare qui super ipso altare singulis diebus juxta ordinationem prefati Petri missam debeat celebrare, et quod

quod super eodem altare oblatum fuerit ad hujusmodi sacerdotem plene jure pertineat. salvis oblationibus quae fierent in diebus dominicis et festis solemnibus, ac in exequiis et anniversariis mortuorum quae ad Capellanum seu Vicarium dictae Ecclesiae sine diminutione aliqua pertinere debent. A. A. U. a.

1313. 13 Novembris Utini.

Cum mortui essent qui ad judicium sanguinis in Pola per ejus Praedecessores instituti fuerant. D. Ottobonus Patriarcha Aquilejensis et Istriae et Carniolae marchio committit Sergio et Nascinguerrae de castro Polae vices suas in dictis judiciis faciendis quousque venerit ipse Polam et faciat officiales circa hoc necessarios aut aliquem ut quod rationabiliter duxerit faciendum. Manuscripta Not. C. F. c.

1313. 25. Novembris

Facta fuit concordia inter D. Patriarcham et D. comitem, ita quod D. comes factus fuit Capitaneus per quinque annos, et omnes redditus Patriarchales et gravitum debebat habere: ita quod Patriarcha nihil habebat agere, nisi accipere a D. comite duo millia marcharum in determinatis terminis. Et sic omnes juraverunt sub comite, tanquam sub Capitaneo; et ne possent Castellani rebellare, omnium filios accepit obsides, et eos duxit Gardiciam. Chron. Juliani.

1313 .. Novembris Avenione

Juxta decisiones Concilii Viennensis Clemens V. Pontifex assignat per sex annos decimam omnium Ecclesiarum in subsidium generalis passagii et Terrae sanctae atque in usus alios contra inimicos Catholicae fidei convertendam. A.C.a.o.

1313. 31 Decembris.

Tractatores hinc inde electi super pace tractanda inter Commune Tarvisii et D. Comitem Goritiae per multos et varios tractatus ad talem compositionem et concordiam pervenerunt dummodo placeat dicto Communi et praefato D. Comiti.

I. Pax sit perpetua et maneat inter partes praedictas.

II. Nulla dictarum partium possit ab alia petere nec consequi mendum aut restaurum alicuius damni illati aut recepti ex dicta guerra inter eas orta usque huc sed potius omnia et singula damna et injuriae hinc inde datae aut receptae remittantur.

III. Captivi et detempti per utramque partem dimittantur.

IV. Terrae et possessiones occupatae et detemptae per utramque partem a tempore supradictae guerrae libere relaxentur.

V. Pro praedictis omnibus perpetuo firmiter observandis Potestas Tarvisii juramentum

prestet, et jurare faciat viginti quatuor de subjectis Communis Tarvisii a d. Comite Gaudio nominandis, et similiter prefatus d. Comes juramentum prestet et jurare faciat duodecim de sibi subjectis Teotonicis, et alios duodecim sibi subjectos de Capitaneatu Tarvisii qui pro parte Communis Tarvisii fuerunt nominati. Verci.

1314. 8. Januarii Aquilejae.

D. Gulielmus Decanus Aquilejensis procuratorio nomine D. Rodulphi Episcopi Tergestini Altare et Corpora sanctorum Hermagorae et Fortunati, ac etiam majus altare Beatae Virginis Mariae ipsius majoris Ecclesiae Aquilejensis, juxta Sacramentum per ipsum D. Episcopum praestitum more solito visitavit. Meliorantia not. Actu. o.

1314 5 Januarii Duini.

Hugo filius et Warinquerra nepos D. Rodulphi de Duino desiderantes ejus parere monitis et mandatis in manibus D. Matthiae Abbatis Ecclesiae Beliniensis dederunt et resignaverunt Advocatiam et omnia jura quae in Theotonico Slayndorf nuncupantur: et ipse D. Abbas remisit praenominato D. Rodulpho omnes obligationes, injurias et offensas quas sibi et Ecclesiae suae ac Ecclesiae S. Johannis de Carsis fecerat usque ad praesentem Diem. Conradus not. C.R.c.

1314. 10 Januarii Paduae

D. Gulielmus Decanus Aquilejensis procurator et nuncius D. Henrici Comitis Goritiae in majori Consilio Civitatis Paduae dixit et protestatus est per haec verba:

Domini Potestas, Ancziani et Consiliarii civitatis Paduae qui estis hic, ego libenter vellem habere potestatem et auctoritatem a Domino meo D. Comite paciscendi ejus nomine cum Communi Tarvisii quemadmodum habeo vobiscum et cum Communi Paduae, sed ipsam potestatem non habeo, nec mandatum mihi traditum extendit se ad illud. Quare protestor et dico quod nec facio, nec possum, nec volo aliquam inire pacem cum dicto Communi Tarvisii, sed ipsam facio vobiscum et cum Communi Paduano sicut possum ex vigore mandati mihi a Domino meo concessi. Promitto tamen, juxta posse apud ipsum D. Comitem favorabiliter interponere preces meas quod cum Communi Tarvisii similiter pacem velit. Salutat [illegible]

1314. 31. Januarii Aquilejae

Cum Johannes Bernardi Canonicus Civitatensis non teneretur juxta statutum solvere dacium pro vino sui beneficii seu possessionum, quod vendiderat in Civitate, D. Ottobonus Patriarcha mandat Dacariis quatenus illico restituant equum quem hoc de causa illi abstulerant. C.P.C.

1314 1a Aprilis. In Strasoldo

Juxta mandatum sic factum a D. Comite

1314. 11. Martii

Obiit venerabilis vir D. Petrus de Piperno Praepositus Ecclesiae Civitatensis, a quo Capitulum debebat ad formam Praepositurae et Praebendam Civitatis pro tenendis Florenis solvendis eidem annuatim in Nativitate Domini [illegible] vel Paduae sunt [illegible], marchae, vitalis et vocalis qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse; die decima intrante Julio Decanus et Capitulum convenerunt ad electionem de Praeposito celebrandam per formam scrutinii; et fuerunt electi Dominus presbyter Varnerus de Gallano, et Girardinus nepos D. Patriarchae non in sacris ordinibus constitutus, habens voces tot unus, quot alter, Canonici Civitatenses. Demum mortuo D. Patriarcha, qui dictum est, D. Girardino existente cum eo, D. Varnerius adiit D. Decanum et Capitulum Aquilejense, supplicans quod confirmare dignaretur electionem de eo factam. Qui volentes per formam juris procedere, ipsum D. Girardinum per litteras et eorum nuncium juratum citaverunt, nec non per edictum tam in Ecclesia Aquilejensi quam Civitatensi. Qui D. Girardinus ultra terminum diutius expectatus, et cum ipse, nec aliquis Procurator pro eo compareret ad objiciendum contra D. Varnerium, vel electionem praedicti Domini; Decanus et Capitulum Aquilejense, ad quos vacante Sede confirmatio pertinebat, invenientes electionem factam de D. Varnerio canonice celebratam, et a majore parte Dominorum [illegible] Decani et totius Capituli, tam illorum qui elegerunt D. Girardinum, quam D. Varnerium precibus inclinati D. Varnerium in Praepositum Civitatensis Ecclesiae gratiose confirmaverunt die secunda Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo decimo quinto. Qui quidem D. Varnerius adiit Civitatem, et bene receptus a Clero et populo, die quinta Aprilis fuit installatus per D. Odorlicum de Strasoldo, qui fuerat datus ad hoc nuncius per Capitulum Aquilejense.

Chron. Juliani

Sabaudie, Odericus de Cocconato, Federicus de
Villata, Bernardus de Sinasolde, Bartholo-
meus et Petrus de Prato, Manfredus et
Ludovicus de Ponciliis, Johannes de Bale-
nicho, Gerardus de Castello, Bernardus de
Zuccola, Jacobinus de Fonte bona et Tut-
bertus de Saxo, juraverunt ad sancta
Dei evangelia corporaliter tactis sacris
scripturis quod tenere Sabaudie, pacem cum
Communi Taurini firmatam perpetuo ob-
servabit, et sic attendet ut in contractum
ipsius pacis est expressum. Aliquis eidem
D. comiti Sabaudie vel parti ipsius nullum au-
xilium, consilium, vel favorem publice vel
occulte exhibebunt contra Commune Taurini
et vel partem suam Tauri.

1344. 15 julii, Vienne

Fridericus [illegible]

Taurinum et civitatem Portusmauricii [illegible] per
attinentiis pro mille marchis argenti ponderis
[illegible] et [illegible] et sexaginta marchis
ponderis [illegible] obligat titulo pignoris [illegible]
Ludovico de Ponciliis qui promittit eidem
D. [illegible] et ejus [illegible] et successoribus
prelibata pignora [illegible] restituere quandocumque
cumque pro hujusmodi mutuata pecunia
[illegible] absolvenda; et nobilibus, Potestatibus
[illegible] et hominibus ad ipsum dominium
Portusmauricii pertinentibus omnia suo jure et

consuetudines ibidem antiquitus introductas
inviolabiliter observare, obligatione hujusmodi
perdurante. Mittheilungen etc. 1854

1314 17 julii Utini.

7 Ottobonus Patriarcha considerans quod
Plebes S. Odorlici de Aquile tantum habet in
redditibus et proventibus quod unus Plebanus
et unus Clericus de ipsis redditibus possunt
decenter et commode sustentari; Plebem ip-
sam cum omnibus juribus et pertinentiis
suis Nicolao filio magistri Jacobi dicti Sgni
de Utino mansionario in Ecclesia Aquilejensi
2. cum dimidio redditunm et proventuum ejus
Plebis; et Johanni dicto Lore qm̃ d. Amici de
Florentia civis Aquilejensis tanquam clerico
cum alio dimidio redditunm et proven-
tuum ejusdem Plebis de gratia contulit
speciali et suo annulo ipsos manu propria
investivit de administratione et cura tam
spiritualium quam temporalium Plebis hujusmodi. A.C.M.C.

1314 12 julii Tarvisii

Propter certas discordias que erant in Re-
publica inter certas singulares personas, plures
de civitate et districtu Tarvisii erant invita-
I. ti ad eundum cum armis in favorem par-
tium que inter se odium habebant. Hinc in
Concilio trecentorum statutum fuit quod mit-
tantur Ambaxiatores solemnes qui tractent
pacem et concordiam inter eas, et saluti-

quod nullus de Civitate Tarvisii et ejus dis-
trictu audeat ire nec mittere in subsidium
predictorum sub pena et banno averis et
personarum. versi

1314 5 Septembris in Civitate Austrie

Amerlicus de maniacho et Franciscus de
Pinzano sibi invicem pro se, eorum fratri-
bus et coadjutoribus jurant treuguas in manibus
D. Henrici Comitis Goritie, et tetius Patriarcha-
tus Aquilejensis Capitanei generalis hoc pacto
habito inter eos quod si aliquis parvorum vel
familiarium invicem facerent injuriam, Vicari-
rius ipsius D. Comitis et Gilonus Archidiaconus
Aquilejensis debeant cognoscere quod Franciscus
antedictus et ejus fratres et eorum familia ire
et redire possint per villam tantum de Ma-
niacho, et quod Amerlicus dimittat pravum
quem detinet. Fontanini vol. A. N. 4 0

1314 29. septembris

Orta iterum discordia inter D. Patriarcham
et comitem eo quia D. comes detinebat omnia lo-
ca, seu fortalitia Ecclesie Aquilejensis quod nol-
lebat D. Patriarcha nec erat in pacto habito inter
eos dicebat finaliter post multa tractata et con-
silia super hoc habita convenerunt ipsi D. Patri-
archa et Comes die duodecimo exeunte Septem-
bri, in pratis inter Romanzachum et Guillemum
apud Turrim, in hoc pactum et concordiam,
videlicet quod a proxime futuro festo Purificatio-

nis B. Mariæ in antea, D. Comes debebat re-
stituere castra quæ detinebat, et D. Patriarcha
debebat habere Saccilum et omnes redditus
et proventus in se, sicut unquam habuit ali-
us Patriarcha. et tunc ibidem fecit eum Capi-
taneum ad vitam suam, dando sibi pro
salario centum marchas in mense et sic
facta bona concordia inter eos, D. Comes eo-
dem die arripuit iter cum magno appara-
tu equitum in auxilium Ducis Austriæ qui
volebat obtinere imperium contra Regem Bo-
hemiæ, et dicebatur quod quicumque pugna-
bunt in bello inter eos faciendo, debebat esse
Imperator, quod bellum tamen non fecerunt
et erat ibi tanta sterilitas, quod exercitus
D. comitis septem diebus nihil comedit nisi
quo igitur domum D. Comes reversus est.
rapas, rediit suum D. Comes. Chron. Julians

1314. 21. Septembris.

D. Ottobonus Patriarcha die decima exeunte
Septembri, arripuit iter ad Rev. D. Lucham
de Flesch Januensem Cardinalem, vacante Sede
Papali per mortem sanctissimi Papæ Clementis.
eo quia dictus D. Cardinalis citavit eum ad se:
unde per nonnullos sperabatur, quod dictum
D. Patriarcham crearent Papam; quod mini-
me factum est. Quin ipso inde rever-
tente, gravi infirmitate detentus obiit an-
no Domini millesimo trecentesimo decimo quin-
to die decima sexta Januarii, in comitatu

Placentię in Castro de Arquata, et ibidem fuit sepultus. Chron. Italiani.

1314. 13. Octobris Tarvisii

Armanus et Nicolaus Ambaxatores Comunis et hominum de Glemona supplicant, postulant et requirunt quatenus Potestati, Antianis et Communi Tarvisii placeat dare licentiam quod mercatores et homines de Glemona possint et valeant libere et expedite ire et redire cum personis et rebus in civitatem et per civitatem Tarvisii et per eius districtum solvendo mutas consuetas, non obstantibus represaliis alicui personę concessis: offerentes se facere quod Commune de Glemona omnia et singula suprascripta concedat Communi et hominibus de Tarvisio. Verci.

1314 18 Octobris

Electio facta fuit Imperatoris in discordia maxima. Quidam elegerunt Ducem Austrię nomine Federicum; quidam Ducem Bavarię nomine Lodoycum, inter quos maxima discordia est exorta. Nobiles pro majori parte adhęrebant Duci Austrię, et Archiepiscopus Treverensis, Maguntinus et civitates Duci Bavarię. Uterque in suorum litteris nominabant se Regem Romanorum semper Augustum. Sed Dux Austrię in sequenti anno et tertio fuit in hauta

potentia in Suevia, quod Dux Bavarię non
audebat exire in campo cum eo, et stabat
in civitatibus se tuendo. Die decima sexta in
mense madio Dux Austrię cum maxima
comitiva dirrexit iter de Austria usque
Suaviam, et Dux Bavarię ex opposito pre-
paratus expectabat eum quando foret in
agro. Post multas preparationes et labores
et expensas Dux Austrię cum maximo
exercitu quasi decem millium armato-
rum, inter quos erant quatuor millia
Ungarorum quos ei dederat Rex Unga-
rię ejus consobrinus intravit Bavari-
am. Ex opposito erat Dux Bavarię et
Rex Bohemię ejus auxiliarius cum ma-
gno exercitu, et solum flumen erat in
medio eorum. Et dum statuissent diem
ad bellandum prima die octobris die
Veneris millesimo trecentesimo vigesi-
mo secundo currente die Mercurii pri-
dem timens Dux Bavarię adventum
Ducis Lyopoldi fratris Ducis Austrię qui
veniebant cum mille elmis, procuravit quod
familia sua incepisset habere rixam cum
adversariis, et sic inceptum fuit bellum contra
eos; et tunc Dux Austrię obtinuit campum con-
tra Ducem Bavarię; et dum credebat illum
conflictum sui inceperunt spoliare campum.
Ista medio supervenit cauta quidam nobilis

cum quingentis elmos, qui veniebat in auxilium Ducis Bavarie, et inveniens eos dispersos, vicit eos et obtinuit campum. et captus fuit Dux Austrie nomine Federicus ejus frater Henricus et quatuor centum nobiles inclitis minoribus, et illi de Vronimberch. Sed Dux Henricus relaxatus fuit per Regem Bohemie, cui illum dederat Dux Bavarie cum pactis. Odoricus a Portunaone et Mito c.

1315.

1315 . Ianuarii.

Cum veraciter scitum fuit de obitu D. Pa-
triarche, fuit in Civitate Colloquium generale in
quo Colloquio confirmatus fuit D. Comes per nos
omnes qui hoc facere habent, in Capitaneum
usque ad adventum futuri D. Patriarche, et
ita omnes juraverunt sub eo. Chron. Iuliani.

1315 16. Februarii.

Mortuo D. Ottobono Patriarcha, convenit
Capitulum Aquilejense ad electionem de Pa-
triarcha futuro celebrandam et compromise-
runt in D. Gulielmum Decanum Aquilejensem,
et Dominos Ludovicum et Philippinum Cano-
nicos Aquilejenses Qui unanimiter et concor-
diter elegerunt D. Gilonem eorum Archidia-
conum et Canonicum in Patriarcham, Domi-
num et Pastorem; qui arripuit iter ad Cu-
riam pro confirmatione obtinenda die de-
cima quarta intrante Aprili anno predic-
to. Chron. Iuliani

1315 27 Aprilis Montisfalconis.

Venerabilis Frater [illegible] Episcopus Patavensis
Ecclesiam S. Ambrosii de Montefalcone tanquam
filiam Plebis Marcilliane, pertinentis ad Mo-
nasterium Beliniense concessam valebat esse
prefati Monasterii Abbas dictam Ecclesiam de
Montefalcone dotavat tanquam verus dominus

et patronus Plebis et Ecclesiae antedictae. Qua-
propter D. Mathias Abbas dicti Monasterii pro
se et suis Successoribus eandem Ecclesiam de
Montefalcone cum medio unius mansi posi-
to apud villam de Ranchis et cum trigin-
ta quatuor pedibus olivarum dotavit. Qua
dotatione sic facta, et consecratione dictae Ec-
clesiae, ut moris est completa, dictus D. Epi-
scopus coram populo de Montefalcone prae-
fatum D. Abbatem tanquam verum domi-
num et patronum Plebis et Ecclesiae mona-
sterii in tenutam et possessionem ejusdem
Ecclesiae posuit et induxit. Thomasinus
de Favra Not. B. A. cc. c.

1315 25 maii.

D. Odoricus de Cucanea et D. Artui-
cus de Prampergh una cum illis de Vil-
lalta, de Pinzano, de Mels, de Colloredo
et de Susans facta prius conjuratione
contra Comitem Goritiae, quibus favebant
Tarvisini, seu majores, utpote potentes
Domini comes Rambaldus de Collalto, et
Tolbertus ac Biachinus de Camino et
alii quamplures adhaerebant, ceperunt
esse rebelles dicto Comiti et ceperunt Bu-
jam, Sanctum Danielem, Faganeam, et Arti-
neam, quibus adhaerebant Utinum et Glemona.
Interim vero comes Goritiae, vocatis parentibus
et amicis, congregavit exercitum ad summam

quingentorum armatorum et ultra, et ivit versus Glemonam apud Hospitale et fecit damnum magnum Glemone circa vineas et segetes; et ipse recepit damnum in hominibus et equis. Postmodum finxit velle devastare circa Glemonam et ivit Susanum. Et quia D. Federicus non erat presens in castro suo, sed Glemone in eorum auxilium, faciens insultum contra castrum obtinuit eum. Et eo destructo, ivit Colloretum, et ibi faciens modicam moram, qui custodiebant castrum, tanquam illos tradiderunt. Et eo derupto ivit Moruzium, et habuit ipsum cum quibusdam pactis. Destruxit Pers, dein ivit Villaltam quod non potuit habere. Tandem Paduanis et Tarvisinis deficientibus qui promiserant adjuvare eos prope Sacilum quem non ceperant, pars adversa Comiti quasi omnes relicto Sacramento, venerunt ad mandatum D. Comitis preter illos de Cucanea, de Brampergh; de Villalta, D. Federicum et D. Lodoycum de Porcilliis tunc capitaneum Portusnaonis.

Hec vero discordia duravit usque ad festum S. Johannis decollati tertio exeunte Augusto tunc facte sunt treuge; et eadem die Pisani habuerunt victoriam contra Florentinos, ubi conflicti fuerunt ultra quadraginta millia de quibus pauci, relictis spoliis suis, equis, armis et tentoriis damnum ad valorem unius millaris, evaserunt. Quorum Capitaneus erat

frater Regis Roberti dictus Princeps, cujus fili-
us mortuus fuit et ejus frater bastardus. et
non fuit quasi aliqua domus Florentiæ nobilis
quæ non amiserit unum vel duos, vel plures.
Capitaneus illorum de Pisis erat quidam no-
bilis de Marchia nomine Uguzon de la Fa-
gola cujus filius mortuus fuit illa die. Hoc
fuit apud Montem Catinum, in castro Pi-
sanorum quod obsiderant Florentini. Odo-
ricus a Portunaonis. C.M.R. a.

1315 26 maii

Stante tota Terra in bona pace et tranquil-
litate, die lunæ sexto exeunte majo, facta fuit
in Utino quædam jura et conspiratio contra [illegible]
in qua fuerunt Utinenses, Glemonenses,
Domini Odoricus de Cucanea, qui factus fuit
Capitaneus in Utino, Artuicus de Prampergo qui
factus fuit capitaneus in Glemona, illi de Vil-
lalta, Federicus de Susans, illi de Colloreto,
de Mels, et multi alii Castellani. et eadem
die D. Artuicus cepit Artenianum et Buyam,
quæ tenebantur per D. Comitem. Habitato-
res de S. Daniele, et de Fagania dicta loca
acceperunt in se et ita multiplicata sunt ma-
la in Terra. Qui D. Comes, congregato non
modico exercitu, fuit ante Glemonam, et vas-
tavit ibi segetes, vites et arbores, et ibi intu-
lit magnum damnum. Chron. Juliani

1315 5 Junii Tarvisii

Cum jam nobiles de Foroiulio et Communitates Utini et Glemone ex una parte; quam D. Comes Goritie ex alia per eorum Ambaxatores imploravissent a D. Potestate et Communi Tarvisii auxilium et favorem: in consilio trecentorum ejusdem Civitatis deliberatum fuit quod mittantur quatuor solemnes Ambaxatores ex parte D. Potestatis et Communis Tarvisii ad tractandum pacem et concordiam inter partes predictas omnibus modis quibus eis videbitur melius expedire. Verci.

1315. 19 Junii

In festo Sanctorum Gervasii et Prothasii D. Comes cum dicto suo exercitu ivit ante castrum de Susans, et intulit introeundo ei bellum; et ipsum castrum habuit ipsa die circa Completorium Fratrum, et captis tribus filiis D. Federici cum aliis pluribus, D. Federico non existente tunc in loco predicto, quia erat Glemone; acceptis mobilibus, et armaturis que intus reperta fuerant, die sequenti ipsum castrum funditus fecit dirui. Chron. Iuliani.

1315. 21. Iunii

Destructo Castro de Susans ipse D. Comes statim obsedit castrum de Collereto; et cogitantes Domini se non posse tenere de dicto Castro se subtraxerunt dimisso loco

bene munito farina, vino, et aliis neces-
sariis, nec non bonis balistis et viris non
paucis. Tamen ipse D. Comes ipsum locum
habuit affidatis tantummodo personis, quae
intus erant, die sexto exeunte Iunio: et
ipsum funditus fecit dirui, acceptis prius
bonis intus repertis. Chron. Iuliani.

1315 21 iunii.

Idem D. Comes cum toto exercitu suo
obsedit castrum de Mels: et duravit obsi-
dio usque ad decimum quartum diem
exeunte Iulio, et illud dimisit tali pacto et conditione,
R quod castrum de Buya, quod fuerat accep-
tum Domino Comiti, eidem restituerunt,
et steterunt illi de Mels dare illis de Collo-
redo pro damnis centum et quinquaginta
marchas, quia dicebant illi de Colloredo quod
causa illorum de Mels habuerant dam-
num quod habuerunt, et se D. Comiti op-
posuerunt. Chron. Iuliani.

1315 20 iunii ultim.

Presbiter Dominicus D. Ottonis Aquile-
iensis Electi in Spiritualibus et Temporali-
bus Vicarius generalis conqueritur quod
I. Ecclesia Aquilejensis Ecclesiarum omnium
Patriarchatui subjectarum mater, domina
et magistra tyrannica fuerit ancillata
potestate et quod a nonnullis iniquitatis
filiis multae domus et villae et quamplu-
res aliae ecclesiae eidem subjectae fue-

viderunt miserabiliter combustę. At tandem, se-
quitur illa sedens Potestati Consilio et
Communi Tarvisii clementia Altissimi visitan-
te plebem suam illuminavit corda Nobilium et
omnium aliorum de Forojulio adeo quod omnes Com-
munitates cum Nobilibus et aliis fidelibus divina
inspiratione vocatis ad expellendam cladem pestiferam
Tyrannorum et pestatam Aquilejensem Ecclesiam
erigendam et liberandam ab omni vinculo ser-
vitutis insurrexerunt viriliter et potenter. Ideir-
co vestram amicitiam deprecatur ut placeat illis
de aliqua gente militum et peditum in subsidi-
um memoratę Ecclesię celerius subvenire; et in-
super Excellentiam de Camino taliter scrutare
quod gentem suam quam habet in castris Cani-
pę et Sacili exire faciat et predictas Terras Aqui-
lejensi Ecclesię libere tradat et assignet. Alio-
quin si in premissis negligentes fuerint, contra
eos omnes excommunicationis sententiam promul-
gabit, ac ipsam Civitatem Tarvisii Ecclesiastico sup-
ponet interdicto. Servi.

1315. 13. Julii

Die Dominico decima tertia intrante julio,
post cenam in hora Completorii Fratrum, Hen-
ricus filius quondam D. Johannis de Portis, cum
quibusdam suis complicibus ex parte una, et
filii Virgilii, Guillielmi de Suneipach cum
suis fautoribus ex alia, convenerunt ad Lo-
giam apud domum Communis. Qui Henricus ibi

statim fuit interfectus. Supervenit autem Federicus frater ejus, et ipso ignorante de facto totaliter, exclamando pacem, fuit vulneratus, et mortuus fuit ante campanam ignis, et quamplures vulnerati fuerunt. Ex alia parte fuit vulneratus Guillelmus de Guistenpach cum filio et nepote ac aliis pluribus. Guillelmus vero Gallangani cum parte sua ascenderunt supra turrim D. Asquini de Varmo, ita quod per totam Terram erat prelium maximum. Tunc D. Federicus de Cucagna, mariscalcus D. Comitis, cum dominis de Portis amicis versus dictam turrim accedentes, volebant eos capere: sed illi cum balistis et lapidibus se defendebant. Ad ultimum se dicto mariscalco tradiderunt qui eos, scilicet Johannem et Guillelmum Galangan fratres cum uno filio, Utoghinum cum tribus filiis, Raynerium cum duobus filiis captivavit in domo de Portis, et bona eorum fuerunt per Theotonicos accepta. Unus filius Guillelmi predicti, qui latuerat in [illegible] die martis sequenti, projecit se per murum Terre volens fugere; et apud pontem porte [illegible] fuit interfectus, ac per totam Terram strascinatus. Dominus vero Comes Goritie venit in Civitatem die Dominico tunc sequenti et die lune in vigilia s. Marie Magdalene fecit amputari caput Guillelmo Galangani apud domum Communis. Tunc D. Comes

fecit duci Raynerolum, Virgilium cum filiis, ...
et filium Gullielmi praedicti Gavitiam: unde
multa mala creata fuerunt. At illi de Portis
cum amicis suis obtinuerunt Chron. iuliani

1315. 20. Iulii

In festo S. Margaritae cum toto exercitu
D. Comes obsedit Moracium, et die quarta sequen-
ti venerunt ad concordiam in hunc modum.
Videlicet quod illi de Moracio juraverunt pa-
rere D. Comiti sicut Capitaneo usque ad ad-
ventum D. Patriarchae, et castrum debere cu-
stodiri per D. Walther nomine D. Comitis us-
que ad unum annum. Facta compositio-
ne et concordia de Moratio, sequenti die
obsedit Villaltam, et cum videret nihil
ibi posse proficere inde recessit. Et octavo
die Augusti venit in villam Roanq et Zam-
pilq, et accepit aquam Utinensibus, Pos-
tea die decimo tertio cum toto exercitu
suo venit ad villam Buravicq, et ibi fecit
cum suis et circumquaque damna magna.
Utinenses vero, statim cum recessit, rei[illegible]-
serunt aquam. Chron. Iuliani.

1315. 21 Augusti

D. Henricus Comes Goritiae apud D. Udal-
ricum de Cucanea et ibi adherentibus, nec non Com-
munitatibus Utini et Glemonae pacem condictio-
nibus infrascriptis:

1. Per Capitulum Aquilejense constituatur

Vicedominus, de quo utraque pars confidere valeat, qui constituat Officiales, et faciat rationem.

II. Usque ad adventum predicti D. Patriarchae, castrum Glemone in manibus remaneat, et in custodia hominum de Glemona, et castrum Tricesimi in manibus et custodia hominum de Utino.

III. Homines de Glemona statum habeant, sicut consueverunt habere per terram Glemone temporibus retroactis.

IV. Duas vel plures pro qualibet parte eligantur, qui summarie inter illas quatuor que nominantur principales, et ipsum D. Comitem super offensionibus quas eisdem intulisse dicantur cognoscant et diffiniant.

V. Captivati ex utraque parte relaxentur, et securitates predicte casse sint, et quilibet habeat bona, ut nunc sunt, sicut habebant ante hujusmodi discordiam.

VI. His completis, D. Odoricus de Cucanea et alii nobiles, nec non Communitates Utini et Glemone, et adherentes eisdem sub ipso D. Comite, tanquam sub Capitaneo generali jurent, secundum quod juraverunt ante hujusmodi discordiam. Nevei.

1313 . 29 Augusti.

In festo Decollationis S. Johannis facta fuit concordia inter D. Comitem ex una parte, et

D. Odoricum de Cucanea et nobiles sibi adhaerentes et Communitates Utini et Glemone, ex alia. Chron. Juliani

1315. 12 Septembris Aquileiae.

Magister Gualterus Decanus, Canonici et Capitulum S. Aquilejensis Ecclesie, super hec et aliis more solito congregati commissionem (?) tractatus per magnificum virum D. Henricum Goritie et Tirolis comitem et totius Patriarchatus Aquilejensis capitaneum generalem factam nobili viro D. Rolico de Castello Civitatensi. Canonico secundum formam pacis super facta et formata inter ipsum D. Comitem et sequaces suos ex parte una, et nobiles viros Dominos Odoricum de Cucanea et Rodulfum de Pramperg nec non Communitates Utini et Glemone et eorum complices et sequaces ex altera, de certa scientia, auctoritate ordinaria, vacante Sancta Sede Patriarchali concorditer et communiter confirmarunt eidem suum prestantes assensum pariter et consensum. Stephan Euplescheder (?) ... A. M. O

1316.

1316 19 februarii in Civitate Austrie

Hermanus de Andreis canonicus civitatensis constituit magistrum Mundinum de Civitate in arte phisica doctorem excellentissimum Padue commorantem, suum verum procuratorem et nuntium ad petendum et recipiendum a d. Thadea excellentissimo doctore et jurisperito Padue habitantem quoddam suum derelictum non completum obligatum sibi pro sex soldis venetorum grossorum. Stephan. Guilielmini not. A.M.C.

1316 1 martii. Apud Marsanum

Cum inter Rectores, Commune et homines de Aquileia ex una parte, et d. Rodulfum Mauroceno comitem Gradi et commune et homines dicti loci ex altera multe et graves discordie orte essent presertim occasione damnorum per homines de Flamisello illatorum Communi et hominibus de Grado opera et studio d. Guilielmi decani Aquileiensis et d. Iohannis Marchesini ambaxatoris d. Ducis et communis Venetiarum commisse fuissent arbitris sine preiudicio iurium ac privilegiorum Ecclesie Aquilejensis ac d. Ducis Venetiarum ad hanc compositionem tandem devenerunt.

1 Revocentur omnes novitates consiliorum

reformationes, statuta, proclamationes hinc inde facta premissorum occasione usque ad presentem diem et de cetero homines Gradi cum possessionibus et rebus quibuscumque libere possint ire et redire et mercari in Aquileja et ejus districtu et exinde trahere res, bladum, merces et alia quecumque voluerint, et Gradum conducere. Et similiter homines de Aquileja possint stare in Grado et ab inde redire et mercari et alia facere secundum antiquam consuetudinem.

II Si aliquis habitator Gradi causam movere voluerit pro aliquo delicto vel offensione sibi facta in Aquileja excepto de homicidio et de furto; Potestas Aquileje et Rectores Aquileje, si fuerint requisiti, teneantur infra unum mensem rationem ei facere et justitiam. Quod si facere recusaverint, liceat Comiti et hominibus Gradi auctoritate propria bona et res hominum de Aquileja pignorare capere et retinere usque ad satisfactionem debitam et condignam.

III Si per aliquem hominem de Forojulio non subjectum jurisdictioni Communis Aquileje et extra ejus districtum damnum aliquod illatum fuerit D. Comiti vel alicui de Grado; bona et res Communis et hominum de Aquileja per Comitem et homines Gradi nec pignorari possint nec retineri. Verum si Potestas et Rectores de Aquileja sua propria auctoritate damnum fecerint aut offensam D. Comiti vel alicui de Grado, D.

comes et homines de Grado si conqueri noluerint, recursum habeant ad D. Patriarcham, ad Capitulum Aquilejense et ad Capitaneum Forijulii: et si infra mensem ei satisfactio data non fuerit, possit D. Comes et homines de Grado pignorare res et bona hominum de Aquileja usque ad integram satisfactionem damni sibi illati.

IV. Similiter si aliquis habitator Aquilejae causam movere voluerit alicui de Grado pro aliquo debito, offensione aut damno sibi in Grado illato, excepto de homicidio aut de furto, in Grado commisso, D. Comes si fuerit requisitus teneatur infra mensem rationem facere et justitiam Aquilejensi conquerenti. Quod si non fecerit liceat Potestati et hominibus de Aquileja bona et res hominum de Grado pignorare, capere et retinere usque ad satisfactionem injuriae vel damni.

V. Si vero per aliquem hominem alicujus Terrae vel loci ~~[illegible]~~ subjecti dominio D. Ducis aut Communis Venetiarum nec autem jurisdictioni ~~Communis~~ Comitis et hominum de Grado damnum aliquod illatum fuerit aut injuria alicui Aquilejensi, homines Gradi non possint pignorari nec eorum bona detineri; sed Potestas et homines Aquilejae, ubi justitiam non obtinuerit a Rectoribus aut Officialibus,

dictarum Terrarum et locorum, vocaverunt ha-
beant ad Ducem Venetiarum pro sua iustitia...
et satisfactione consequenda quae si infra unum
mensem facta non fuerit liceat Potestati et dic-
to communi bona et res hominum Tridenti pi-
gnorare et retinere usque ad satisfactionem dam-
ni illati nec offensae Mapheus not. A C U C.

1316 14 Martii. in Civitate Austriae

Normannus de Antoio Archidiaconus Civitaten-
sis sedens pro tribunali sententiam excommunica-
tionis profert contra nonnullos qui census Eccle-
siae Civitatensis et S. Pantaleonis solvere recusa-
rant, mandans quod donec integraliter satisfe-
cerint Ecclesiis praedictis debeant ab omnibus evi-
tari Soldoniceus not. A M. C

1316 28 Martii Glemone

Dominiussa monialis monasterii S. Blasii de pe-
lude de Glemona veniens ante aram S. Blasii prae-
dicti rogavit ... habentem Corpus
Christi in manibus suis quod se aliquantulum susti-
neret et priusquam illud acciperet juravit corporaliter
per ipsum Corpus Domini et per gaudia quae habuit
Virgo Maria per filium suum quod ea omnia
quae ipsa Dominiussa dixerat contra sorores suas
de dicto monasterio, esse omnino falsa, protestans
eas omnes esse boni nominis et famae Colloque-
nus not. A C U C

1316 20 Aprilis

Dum fabri laborarent ignis succensus est

in domo: deinde progressus ad domos circumstan-
tes combussit totam Portam, preter illas domos
incipiendo a castro versus orientem usque ad
domos q. Viviani filii q.m B. Bonacursii. Totum
residuum fuit combustum ultra viam versus
occidentem preter stabula Canonicorum de
Porta apud castrum et unus de Sivano, et
duae mulieres combustae fuerunt ab igne. et
maxima multitudo vini et bladi et argenti
et aliarum rerum quod longum esset per
singula enarrare.

In precedenti hyeme fuit maximum frigus
unde omnes quasi ficus mortue fuerunt, et olive
in maxima parte. Odorico a Portunaone Not. Civ. Ut.

1316 16 Iunii Aquileie.

Cum vacante Sede Aquilejense, Capitulum
S. Mariae Aquilejensis repraesentat personam Pa-
triarche Aquilejensis et ipsius locum teneat, ca-
nonici legitime convocati comparuerunt in
judicio D. Hermannus Abbas Sextensis, et D. Ruh-
rus de Strella proponentes et dicentes quod idem
D. Ruterus resignaverat in manibus dicti D. Ab-
batis eique reddiderat pacifice totum et in-
tegrum marchanum locum sive molam castri
de Vessela cum mansis terris, dominio ac
omnibus juribus ad dictum locum spectantibus
quae omnia domus eius habuerat in rectum
et legale feudum ab Abbate et monasterio Sex-
tensi. Sed cum mediator pro judiciis dicti Ca-

stri et jurium ejus spectet ad Nicolaum et
Johannem-Franciscum fratres, filios et haeredes
olim D. Mauritii de Castello quorum idem D. tuti-
cus est tutor, et venditio hujusmodi facta sit
pro meliori damno et urgenti necessitate dic-
torum pupillorum, et maxime pro solvendis de-
bitis usurariis quibus ipsi pupilli erant obli-
gati cumque in rebus pupillaribus talis solem-
nitas servanda sit petierunt prefati D. Abbas
et D. Tutor sententialiter diffiniri utrum resig-
natio et venditio hujusmodi fieri poterunt,
et erant valide, et tunc auditis circumstanti-
bus, D. Decanus et Capitulum quantum ad eo
spectat dicte resignationi ac venditioni consen-
serunt, et suam interposuerunt auctoritatem
et judiciale decretum. Philippus della motta no-
tarius A ? u. o

1316 11 Junii. in Civitate Sedun.

Cum diceretur medicinas seu potiones esse
factas Ottonello q^m D. Hugonis de Media, et eum fa-
tuiatum fore, cujus vel causa civili actione erat
destitutus: Aquileja filia Conradi Anchorii de Chu-
lato promisit dicto Ottonello se velle ac posse de-
struere seu destrui facere prefatas fatuitas, eum-
que reddere in agendi potentia pleniori ut si
numquam impotens extitisset sub hac spe dic-
tus Ottonellus fuit contentus et si uno mense
postquam dicte fatuitates destructe essent ipse reddi-
tus esset in plena agendi potentia, spetit dare

eidem Aquilejæ duas marchas denariorum et
ipsas deposuit in manibus D. Nicolai Conradi,
fratris sui. Gubertinus Not. B. a. c.

1316. 11. Augusti Aquilejæ

D. Philippus Vicedecanus et capitulum Ecclesiæ Aquilejensis ordinant et constituunt D. Gulielmum dicti Capituli Decanum suum et dictæ Ecclesiæ nunc vocatis procuratorem et nuntium ad comparendum coram magnifico D. Johanne Superantio Duce et Commune Venetiarum et ad petendum et recipiendum suo et ipsius Ecclesiæ Aquilejensis nomine marchas quadringentas et quinquaginta Aquilejensis monetæ pro terminis mensis Septembris et subsequentis mensis exacti proxime preteritis pro censu pactis et conventionibus initis inter ipsum D. Ducem et Commune Venetiarum ex una parte et D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem ex alia pro feudis et juribus Ecclesiæ quas dictus D. Dux et Commune Venetiarum ab Aquilejensi Ecclesia possident et tenent. Gubertinus Notarius A. c. a. c.

1316 12 Septembris in Civitate Austriæ

In generali colloquio totius Patriæ coram D. Henrico Goritiæ et Tirolis Comite ac totius Patriarchatus Aquilejensis Capitaneo generali in Civitate celebrato, ordinatum extitit et firmatum quod D. Gulielmus Decanus Aquilejensis et D. Philippus Gortaldus Civitatis electi Ambasciatores

per dictum D. capitaneum, cui data fuerat per colloquium auctoritas eligendi, vadant ad Summum Pontificem et cetum Dominorum Cardinalium pro statu pacifico et bono totius Terre Forijulii, ex parte Prelatorum, Nobilium et Communitatum ac omnium Terre Forijulii habitatorum. Acne

1310 31 Decembris

Sanctissimus Papa Iohannes XXII ad preces Regis Roberti dedit Patriarchatum D. Castono de la Turre in festo S. Sylvestri.
Chron. Iulian.

1317

1317 1° Januarii

Creatus fuit Patriarcha Aquilejensis Archiepiscopus mediolanensis D. Castonus de domo illorum de la Turre per D. Papam. et frater ipsius Patriarche D. Raynaldus factus fuit Vicarius qui convenit cum D. Comite Goritie qui resignavit omnes munitiones Patriarchatus, preter tamen quas retinuit in se per decem menses, videlicet Sacilum et Caniparum quas obligaverat D. Rizzardo de Camino

Rexit hic Patriarchatum per decem novem menses et dimidium, et die decimo octavo intrante Augusto Florentie mortuus est. Veniens enim de Curia ad Patriarchatum nondum pervenerat in Forojulio, et dum faceret aliquam moram Florentie propter infirmitatem suam et familie, et jam esset elevatus, et preparasset equos et familiam, eundo una mane ad solatium, equus quem equitabat cecidit super eum, et mortuus est eadem die hora secunda.

Quo facto D. Comes obtinuit omnes munitiones Patriarchatus preter Utinum et Glemonam, in quibus habebat tamen suos Gastaldos et omnia jura spectantia ad Patriarcham,

et factus fuit Capitaneus generalis totius Forojulii [illegible]
i, et decima intrante Septembri Canonici Aqui- [illegible]
lejenses elegerunt Patriarcham currente anno [illegible]
Domini millesimo trecentesimo decimo octavo [illegible]
dum hec que dicta sunt super mortem Pa- [illegible]
triarche facta sunt in mense Augusti et [illegible]
Septembris. Odoricus a Portunaonis. C.M.A.&c. [illegible]

1317 11. Ianuarii. [illegible]

Almericus et Conrados de Maniaco pro se [illegible]
et Communi dicti loci jurant fidelitatem Domi- [illegible]
nis de Polcinico et hominibus ac Communi Terre [illegible]
ne hinc ad S. Georgium sub conditione quod [illegible]
una pars alteri teneatur auxiliari tam de [illegible]
die quam de nocte contra quoscumque homi- [illegible]
nes de Forojulio, salvo D. Vicario Ecclesie Aqui- [illegible]
lejensis. Quod si Dictus Vicarius aut D. Comes [illegible]
vellent aliquem inter eos offendere, una pars alteram [illegible]
infra octo dies alteri notificet. Aylinus Notarius de [illegible]
tarius A. N. U. A. [illegible]

1317. 10 Ianuarii Avenione. [illegible]

Quamquam Capitulum Aquilejense sede pa- [illegible]
tuisset electionem Patriarche Aquilejensis per [illegible]
Bonifacium Octavum Pontificem Apostolice Se- [illegible]
di fuisse reservatam et Simonem de Villa [illegible]
ta per ipsum Capitulum electum defectum [illegible]
pati natalium; nihilominus Johannes XXII [illegible]
Pontifex postulationem de eo factam et [illegible]
per certos procuratores et nuncios eidem [illegible]
exhibitam, diligenter examinari fecit, [illegible]
[illegible]

secundum relationem sibi factam postulatio-
nem ipsam tanquam invitam et inanem re-
jecit. Cumque intenderet eidem Ecclesiae
ac dictae Ecclesiae Aquilejensi salubriter pro-
videre, Castonem Archiepiscopum Mediola-
nensem liberali scientia praeditum, generis no-
bilitate praeclarum, morum honestate decoratum,
discretione et consilii maturitate conspicuum
a vinculo quo tenebatur Ecclesiae Mediolanen-
si absolvens ad praefatam Aquilejensem
Ecclesiam transtulit et in Patriarcham eam-
dem praefecit et pastorem: quem insuper Pallium
plenitudinem videlicet pastoralis officii de cor-
pore B. Petri sumptum et ea qua decuit
reverentia postulatum, eidem Patriarchae
mox assignavit. Quo circa mandat populo
Civitatis et Dioecesis Aquilejensis quatenus eum
debita reverentia excipiant et fideli-
tatem et consueta servitia ei integre exhi-
beant. Rubeis.

1317 11 januarii. Avenione.

Castonus Patriarcha notificat Decano et
Capitulo Aquilejensi, nec non Henrico Comi-
ti Goritiae affini suo carissimo, Contesello
filio Maynardi ejus nepoti et Potestati, con-
sulibus et Communi Tarvisii, ipsum a Jo-
hanne XXII. Pontifice in festo S. Sylvestri
proxime praeterito de Archiepiscopatu Me-
diolanensi ad Patriarchalem sedem Aqui-
lejensem translatum fuisse ad quam per

gradus ascendens utpote in nobis gerum se recipit; et die decima instantis mensis Januarii in plenitudinem pastoralis officii pallium sibi traditum sumpsisse. Hinc vos deprecatur ut sua benevolentia eum foveant et gratia, et consilio et assint et favore. A. T. u. c.

1317 18 Januarii Glemone

Domini Federicus de Pers, Arturinus et Gulielmus de Prampergo et Rantulphus de Villalta constituunt Bernardum Cavioli de Glemona suum procuratorem et nuntium ad iurandum et unionem faciendum cum Dominis Potestate et Antianis civitatis Padue contra D. Patriarcham Aquilejensem futurum et communitates Utini et Glemone et eorum sequaces. Franc. Sibette not. A. C. u. c.

1317 29 Martii Austrie.

Scholasteriam Civitatis Austrie vacantem per mortem magistri Walteri, Castonus Patriarcha confert Magistro Egidio Clerico Paduano. A. C. u. a.

1317 7 Aprilis in Civitate Austrie

Cum plures accusarentur de tradimento ac quod voluissent dare turrim ecclesie Aquilejensis castrum de Gronumberga et Vorgendus hac de causa damnatus suspensus iam staret sub furchis, declaravit Yoboarnum filium Riginii de Cros, tota non habere aliquam culpam. Bonaventura not. A. C. u. c.

1317 13 Aprilis Faedis

D. Adalpertus de Cucanea constituit et ordinavit D. Warnerum apud filium suum procuratorem et actorem ad allegandum pro ea contra libros Varaneudum paraulavum in manibus D. Junctis Savitiz pro salvatione Rizzardi q. Symonis de Cucanea. Lupus not. A.N.U.O.

1317 21 Julii, in platea Manzani

Cum D. Swinettus de la Motona Gastaldio Manzani fecisset et cridasset forum S. Iacobi in Manzano et proclamari fecisset quod unusquisque deponeret arma, et non portaret ea per forum, D. Almericus dixit quod volebat ea deponere, nec volebant quod servitores sui et fratrum suorum ea deponerent cum ipsi essent in tantum jus, et tantum dominium haberent sicut d. Patriarcha, sed ex voluntate et non de jure volebat ea deponere. Et Gastaldio respondit quod volebat quod ipse nec fratres sui hac de causa praejudicium aliquod habuissent. Aylinus not. A.N.U.O.

1317 1. Augusti in civitate Austriae

Per D. Guillelminum Gastaldionem et Consilium civitatis Austriae statutum et ordinatum fuit quod nullus in diebus Dominicis et festivis mercatum teneat in civitate sub poena quadraginta denariorum et quod stationes clausae ipsae maneant praeter illas in quibus res minutae venduntur quae tamen cum fenestris clausis debeant, et stationes Apothecariorum. Verum excipiuntur dies Sabbati et aliarum S. Martini, S. Michaelis, S.

fulvini, S. Mariæ de Monte, S. Mariæ de Candelis et conservationis ecclesiæ majoris Civitatensis in quibus mercato ut poterit quandocumque occurrerint et fuerit opportunum. Stat. Civ. Cividh. 0

1317 17. Augusti. In civitate Austriæ

D. Marius de Toppo et magister Iohannes de Fattvo Canonici Concordienses nuntii Vicedecani et Capituli dictæ Ecclesiæ, exhibuerunt D. Iacobo Episcopo Concordiensi infrascriptas petitiones

I Bona alienata, distracta aut obligata per ipsum D. Episcopum, et maxime Castrum de Cusano et quælibet bona Episcopatus Concordiensis per ipsum recuperari debeant, de omnibus et singulis supradictis Ecclesiam Concordiensem indempnem reddendo.

II Thesaurus Ecclesiæ et Capituli Concordiensis qui tempore suæ confirmationis obligatus fuit ad ejus instantiam, restituatur eidem Ecclesiæ, secundum quod sæpe et sæpius promisit.

III. Compellat D. Nicolaum Sacristam reddere rationem de omnibus quæ percepit ratione Sacristiæ a tempore quo fuit creatus Sacrista, usque ad diem præsentem, cum de hiis, ut tenetur, nullam unquam fecerit Capitulo memorato. Gulielmus Notarius A. M. D.

1317 . Septembris Avendone

Henricus comes Goritiæ misrat quemdam suum Ambaxiatorem ad D. Castonem Patriarcham ut certa pacta et conventiones super

relaxatione Castrorum, fortalitiorum Terrarum.
et jurium Ecclesię Aquilejensis libere facienda.
et eadem confirmaverunt quę Ecclesię prędictę
~~[illegible]~~ ipsius & Comitis commodum respicere?
et honorem pro bono pacis et concordię con-
ventiones prędictas confirmare non destitit. autem
dum ipsas ab utraque parte inviolabiliter ob-
servari debere verum & Comes Castrum Tur-
ris Raynaldo Vicario Patriarchę et fratri non
reddidit quod illud reddere promiserit, immo sibi
eum retinuit et suas gentes in eo posuit per
maxarios Patriarchę indebite molestabant et red-
ditus ejus dissipabant et proventus. Si igitur
aliquis requireret quomodo tregua cum & Comite
facta et usque ad unum mensem post adventum
Patriarchę in Forumjulium duratura, observan-
tur vel si civitates et castra prędicta resti-
tuta adhuc fuerint quid ille poterit respon-
dere? Hęc dolenter Cassonus Patriarcha scribens
& Beatrici uxori Comitis prefati cum horta-
tur ut dictum & Comitem ejus maritum pro
sano consilio efficaciter excitet ne Ecclesiam
Aquilejensem ulterius [illegible] ac Lavantinis
juribus spoliatam, sed in manibus Raynaldi
ejus fratris aut ejus Officialium Civitatem,
castra Terras possessiones et jura Aquilejensis
Ecclesię pacifice recipiant et dimittat. Inve-
nit enim summum Pontificem de his om-
nibus taliter informatum quod dictam Ecclesi-

um [illegible] in suis [illegible] restaurare deposuit, et potentia eius quis resistet? Addit etiam sibi [illegible]

relatum fuisse quod d. dux & comes multos f[illegible]

[illegible] habent carcerales, et non nullos etiam

tenent [illegible] civitate [illegible] bannitos graves [illegible]

[illegible] & comitissam deprecatur ut dictum & consortem

[illegible] efficaciter inducat

[illegible] ut [illegible] carcerales [illegible] manibus prefati d. Ray.

[illegible] debeat, et dictos exules

[illegible] habitationes [illegible]

[illegible]

1317, 10 Septembris [illegible]

[illegible] & [illegible] de Mogonza Ray.

[illegible]

[illegible] consilium et [illegible]

[illegible] velint [illegible]

[illegible]

[illegible] de [illegible]

[illegible] habitandum [illegible]

[illegible] cum omni

[illegible] et bonis [illegible] fore

[illegible] debeat [illegible]

1317 21. Septembris. Utini.

In generali Colloquio coram & Raynaldo [illegible] & Castoni Patriarche, statutum fuit quod in illis villis in quibus aliquis nobilis de Foro [illegible] dominium habet, condemnationes et ban[illegible] na [illegible] salvi debeant [illegible]

[illegible]

1317 24 Septembris. In Civitate Austrie.

iuxta facultatem sibi traditam per &

Raynaldum D. Castoni Patriarche, Vicarium generalem, D. Iacobus Dei gratia Episcopus Concordiensis in missarum solemniis primos quatuor Ordines minores contulit D. Antico de Castello, mox per sacrarum manuum impositionem ad ordinem Subdiaconatus illum rite et canonice consecravit. Subscribuntur [illegible] A. M. O.

1317 28 Septembris Avinione

Iohannes XXII. Pontifex indulgens precibus D. Gastoni Patriarche Aquilejensis, committit Bertrando S. Marie in Aquiro Diacono Cardinali nec non Archiepiscopis Mediolanensi et Ravennati, conservationem Patriarchatus Aquilejensis mandans eisdem quatenus quicumque fuerint qui civitates, castra, terras, possessiones, bona et jura Aquilejensis Ecclesie usurpaverint, illos per censuram Ecclesiasticam et invocato etiam si opus fuerit auxilio brachii secularis ad restituenda ea omnia adigant et compellant c.T.c.

1317 30. Septembris. in Civitate Austrie

Pro sexaginta marchis denariorum quas nomine D. Gastoni Patriarche Aquilejensis, Cavalinus de la Turre Archi~~episcopus~~presbiter Modoeciensis recepit nomine mutui a D. Bernardo Decano Civitatensi, obligavit ac sibi pro pignore assignavit sex calices argenteos desuper auratos, unum thuribulum argenteum, sex cuppas argenteas sine pedibus, unum

1317 20 Novembris Avinioni.

Gastonus Patriarcha notificat Raynaldo de la Turre suo vicario quod de summa pecunie quam sibi miserat fecerat consignari Thesaurario D. Pape mille et quingentos florenos auri et totidem Camerario Collegii Cardinalium. Quod circa castrum de Tuppa, de Sacile et de Canipa que adhuc rehabere non potuerat mandat ei ut sequitur: volumus et mandamus tibi, ut debeas quod roges D. Comitem et Comitissam de Tarvisio quod [illegible] restitutionem debeat esse super facto ad in manibus suis restituendis et nobis restituantur facta posse Sacili et Canipe, et super premissis et aliis omnibus [illegible] suum et super [illegible] habeas D. Comitissam [illegible] et uteris semper per consilio suo. [illegible] Item facias D. Comitissa que libenter venderet civitatem causa salutis per tres menses si contingat D. Comitem ire in Alamanniam, et quod facit te rogari de expensis sibi faciendis in modica quantitate, prout nobis scripsisti, sic intelleximus quod nobis placet multum et volumus quod ipsam debeas honorare ac si esset mater nostra; et credimus bene facere pro nobis et Ecclesia Aquilejensi si ipsam et filium suum honoraverimus, specialiter modo quod D. Comes intendit ad partes Alamannie se transferre. Unde quando voluerit, domine Civitatensi, [illegible], Meschinus et omnes de domo nostra qui sunt in partibus illis tibi ad accipiendum eam honorabiliter, quam potentius cum decenti comitiva. Et sicut nobis scripsisti super facto expensarum quas petit sibi fieri sic facias et non ultra considerando semper gravaminis expensas quas habemus in Romana curia et usuras magnas que continue nos cruciant.

A.C.U.D.

cingulum argenteum et unam catenellam argenteam, quae omnia in sacristia majoris ecclesiae Civitatensis dictus D. Decanus deponi mandavit. Gulielmus not. G.M.O.

1317 28 Decembris.

Electus fuit D. Articus de Castello Episcopus Concordiensis per mortem D. Iacobi Ottonelli Episcopi Concordiensis.

Per totum annum mortua sunt armenta: et tanta fuit abundantia vini hoc et anno sequenti quod homines non habebant unde reponerent ipsum, neque portabant earum domibus in quibusdam locis: et hoc fuit per totam Italiam. Omnes repudiabant emere vinum, nec volebant octo Aquilejenses dare pro urna. Odoricus a Portunaonis C.M.R.O.

1318.

1318. 3 ianuarii in Civitate Austrie

D. Iacobus nepos D. Iacob. olim Episcopi concordiensis promisit dare iuxta eorum requisitionem D. Marco de Toppo et D. Alberto Cavernis (?) canonicis Concordiensibus pro se et eorum capitulo recipientibus omnia privilegia et scripta Episcopatum et Ecclesiam Concordiensem tangentia que in sua essent potestate de aliis se nullatenus intromittendo. Interea tradidit eis duo sigilla quea [illegible] cum quibus dicti ipsius D. Episcopi sigillari solebant que quidem illico in frustis pluribus fracta fuerunt. Guillelmus Not. [illegible]

1318 13 ianuarii

Raynaldus D. electi Patriarche Vicarius generalis mandat Dominis Iohanni et Henrico de Villalta quatenus sub pena [illegible] marcharum denariorum faciant tenere Federico de Villalta et eius germanis usque ad proximum festum Carnisprivii, et quidquid dictus Federicus ante guerram tenuerat, pacifice dimittant. Qui responderunt quod erant parati eius mandatis obedire et facere etiam tenere; at non tenebant quod dictus Federicus impune teneret que violenter eis acceperat, et vendiderat vel alligaverat, ut ipsi easdem ad secundum iuris ordinem ostendant. Pantaleon Not. [illegible]

1318. januarii

D. Canis obtinuit Montemsilicis cum toto castro et Terra propter proditionem quorundam nobilium de Terra, ubi maxima spolia habuit. Terram de Este destruxit; Plebem de Sacho occupavit et spoliavit, et eodem mense quotidie currebat ante civitatem Padue. In sequenti mense Februarii cum magno exercitu venit ante burgos Padue expugnando ipsos: Paduani vero non audebant exire, et timebant proditionem intra se; quia omnes nobiles qui erant extra foris stabant, et custodiebant civitatem cum D. Odorico de Cãcanea quem fecerant eorum Capitaneum cum ducentis stipendiariis, centum elmis et centum ballistariis. Eodem mense Paduani convenerunt cum D. Cane hoc modo: ut Canis haberet Montemsilicem cum dominio et quibusdam aliis munitionibus, et omnes expulsi de Padua infra duos menses redirent, facta eis plena restitutione suorum bonorum, et omnes Forenses de Verona et de Vicentia deberent expelli de Padua, quod fuit in maximum vituperium Paduanorum. Odoricus a Portunaonde. c. m. A. o.

1318 Januarii in Civitate Austrie,

Requisitus ex parte Potestatis Consilii et Communis Tarvisii de aliquo auxilio una cum eis contra eorum emulos Paduanos

prestando. Raynaldus de la Turre Vicarius pa-
nevalis Castani Patriarchi respondet quod sue
intentionis est super eorum honoribus et be-
neplacitis complacere et tanti operum efficere
ad omnia que eorum statum prosperum inspi-
ciunt et honorem videant tamen quod neces-
sarium illud quod communibus omnes prestare
intendunt item sit promptum et validum quod
eorum emuli nulla potentia nullis practicis
vel falsis subtractionibus non subvertere
valeant. Jerre

1318 12 Februarii. Jaedis.

D. Hermanus de Cucanea canonicus Aquilejen-
sis et D. Ossalchus de Saulette consenserunt
matrimonio facto inter Christinam famulam
de masnata dicti D. Hermanni, et Dominicum
hominem de masnata dicti D. Ossalchi tali
pacto quod bona inter dictos jugales acquisita
et acquirenda pariter cum heredibus acquiren-
tis inter dictos dominos equaliter dividantur
sub pena ducentarum marcharum. Super not. A.C.U.D.

1318 20 Februarii. Indictio

Johannes Jurius de Varmo et Henricus de
Varmucco habentes Savilhum in contrata de Cla-
duciis convocatis omnibus ad dictum Savilhum
pertinentibus, de eorum consensu decreverunt qua
pecuniarum summa percussores, offensores, contu-
meliosi et invasores inter eos mulctandos es-
se voluerunt. Stephanus not. A.C.U.D.

318. 9. martii in Civitate Austrie

Ordinatum fuit per Gulielmum Gastaldionem et firmatum per Consilium ut infra

I Nullus de Civitate aut de burgis portet blaudum frumenti aut siliginis ad molandum, nec molendinarius aliquis illud molet nisi prius ponderatum fuerit ab officiali Communis ad hoc delegato sub poena quadraginta denariorum

II. Si pondus quod reperiri debebat repertum non fuerit; molendinarius qui farinam fraudavit eam restituat et solvat vadium Gastaldioni.

III. Nullus blaudum pondevare debeat praeter Officialem Communis et hoc sub poena viginti denariorum Statut Civit carelle 8.

1318 5 martii Avenione.

In quadam epistola quam Castonus Patriarcha mittit Raynaldo Thesaurario Aquilejensi et eius Vicario haec potissimum occurrunt observanda.

I Fatetur in primis se recepisse illos mille ducentos et quinquaginta duos florenos auri quos ad eum transmiserat; addit nihilominus quod studeat illam summam complere quam alias ei commiserat. Nam nisi, ut ipse ait, illa quantitas pecuniae incontinenti mittatur nobis, melius esset quod adhuc essem Canonicus Aquilejensis, quam Patriarcha.

II. Circa factum confirmationis aut infirmatio

nis dicti de Castello concordiendi eosdem, ni-
hil addit hiis que, jam per duos nuntios ei
significaverat

III Audivit cum maximo cordis dolore quę
D. Canis de la Scala fecerat in districtu Padua-
no et quod magis ei displicet est quod ibi tunc
non erat ut exponere posset personam et bona
in servitium predictorum Paduanorum. Et
quia ut ipse asserit, dicti Paduani requisi-
verant eum de aliquo subsidio eis dando,
et D. Paganus Episcopus hoc ipsum ab eo peti-
erat si non posset honesta aliqua excusatio-
ne ab hoc onere se subtrahere, procurat qui-
cum mittere aliquas bonas gentes armigeras cum
balistis aut lanceis, dummodo tamen per hoc
non diminuatur in aliquo illa quantitas pecu-
nie que est sibi necessaria ut a Curia expedi-
atur.

IV Super facto filiorum D. Henrici de Andria, qui
videntur velle vendere secrete partem dicti Ca-
stri D. Comiti Goritie, quamvis nullum jus ha-
beant in eo et venditionem olim factam in
manibus D. Ottonis Patriarche, ejus antecessor-
is, ad evitandum futurum periculum consen-
tit quod emetur illa pars dicti Castri que per-
tinet ad D. Raymundum de Pasna si pretio
convenienti illam habere poterit et obtinere
ad eos terminos satis longos ad dictum pretium
commode persolvendum. Quod si contingeret,

advertat quod emptio non fiat nomine Patriarchae nec Ecclesiae Aquilegensis sed solum nomine castrum de la Turre. Attamen si verum est ut illi relatum fuit quod Marchinus ejus frater jam emerat castrum praedictum, non expedit quod de hujusmodi emptione amplius loquatur.

V Ille de Ospio cum unus n(ost)rum interfecisset aut e castro expulisset, ne castrum illud ut jam bis retro res evenerant in manibus Patriarchae qui pro tempore fuerit, excidisset procurabant sacerdo illud vendere D. Comiti Goritiae, quod Patriarcha volens impedire monet Raynaldum quod si videret hoc pro certo id esse facturos habito consilio cum illis qui diligunt honorem et statum Ecclesiae Aquileiensis et totius Terrae Forojulii procedat ad accipiendum dictum castrum in manibus suis aut communitatis Utini, requisitis coloribus ac rationibus ad excusandum factum caveat tamen ne id praesentiat Comes et [illegible]

VI ut possit parare quantitatem pecuniae quae est sibi necessaria mittit illi novum Procuratorem quem putavit affictare multas et Gastaldias Patriarchatus, cum non credat se posse Aumonem dissolvere quem adhuc non habeat ad minus duo de viginti millia florenorum.

VII Rex Robertus expectatur Avenionem circa Pascha venturus. Quod si ante ejus recessum Regis adventus contingeret quomodo sine nota posset ipse se illinc expedire? et si ibidem diutius

maneret non ne magis in dies augerentur.. onera superarem?

VIII Licet contulerit illi auctoritatem Sancti Spiritus per licentiam consecrandi aut reconciliandi Ecclesias, videat tamen ne nimis laxet habenas pro omni Ecclesia compescendi: et procuret omnino quod die Jovis Sancti in Officio et solemnitate poenitentium et aliis solemnitatibus quae tunc fieri solent in Ecclesia Aquilejensi, nihil omittatur de contingentibus. R. c. u. o.

1318 2 Aprilis Utini

Raynaldus de la Turre Thesaurarius Aquilejensis auctoritate a P. Castone Patriarcha sibi tradita confirmat electionem Artici de Castello in Concordiensem Episcopum, et mandat Lombardino Canonico Aquilejensi quatenus eundem electum et confirmatum in tenutam et possessionem Episcopatus Concordiensis inducat faciens ab omnibus ejus subditis eidem de juribus et pertinentiis Episcopatus respondere et reverentiam et fidelitatem debitam exhiberi. [illegible] Not. A. M. a

1318. 28 Maii Massiliae

Bernardus Cabelini et Hugo de Longues locant unam ex earum Galeis existentem in portu Massiliae vocatam Sancta Catherina ad vehendum et portandum de dicto portu Massiliae usque Neapolim P. Castonem Patriarcham Aquilejensem cum quadraginta hominibus de

ipsius familia et omnibus annexis suis, nam la trecentorum quinquaginta florenorum auri. A. C. M. O.

[13]58 5 iunii Concordie

Coram dominis Bertoldo moracensi, Hermano sax-
pensi, et Francisco Sumaquensi Abbatibus et aliis mul-
tis ecclesiasticis et nobilibus, D. Lombardinus de la
Turre auctoritate et tradita a D. Raynaldo D. Canto-
nis Aquilejensis Patriarche vicario generali, Reve-
rendum Patrem et Dominum D. Artecum de Castello
concordiensem electum et confirmatum in tenutam
et corporalem possessionem Episcopatus Concordiensis
posuit et omnium jurium spiritualium et tempora-
lium ad ipsum pertinentium imposuit et induxit
ipsum D. Electum post eorum dicte Concordiensis ec-
clesie installando. Quo facto Canonici ejusdem Ecclesie
et alii clerici ibi astantes immediate Te Deum lau-
damus alta voce decantarunt. Subscriptum vero A. M. O.

13[5]8 5 iunii Concordie

D. Guido de Manzano Archidiaconus Concor-
diensis, ante altare dicte Ecclesie, reverentiam
obedientiam et fidelitatem D. Artico de Castello
concordiensi electo exhibuit et promisit, ~~obtat~~ ob-
servantes oris osculo inter eos. Et hoc idem
D. Candidus Vicedecanus et alii canonici unus
post alium fecerunt, exhibuerunt et promiserunt.
Subditusque vero: A. M. O.

1358 6 iunii Portusgruarii.

Jacobus de Andreis Vicarius D. Henrici Com-

tis Sevilla et Potestatis Portusgruaris, et Consules dicte Terre, sindici et procuratores Communis et universitatis Portusgruarii prestiterunt fidelitatem debitam et obedientiam D. Artico Electo predicto contra quascumque personas · et è contra idem D. Electus Ioa vero vicesitatis prefatis Sindicis et procuratoribus fidem et fidelitatem promisit ob promissio. subelaminus nobis A. M. O.

1318 7 iunii, Portusgruarii

..ayor Americus Squarra de Portusgruaro se ... nunquam tempore tractasse aut machinasse aliquid contra D. Articum Electum prout a nonnullis accusabatur · quin immo profitetur se velle sibi servire et obedire tamquam Patri et Domino special.. in nunc obtrans eidem D. Electo personam suam et omnia bona. subelaminus nobis A. M. O.

1318 7 iunii Portusgruarii

De omni lite et questione que vertebatur inter Dominos de Midune ex una parte et Dominos de Cordovado ex alia occasione iuris et consuetudinis habendi palafredum quem Episcopus Concordiensis equitat quando primo installatur electi fuerunt arbitri et amicabiles compositores D. Guido de Manzano Archidiaconus Aquilegensis, [arcavesiensis] D. Franciscus de Pinzano et D. Gregorius Squarra de Portusgruaro. Subelaminus nobis A. M. O.

1318 8 Iunii Portusgruaris.

D. Gualdo de Mantua Vicarius D. Iaco-
bi episcopi Concordiensis tradit in manibus D. Ia-
cobi Vicarii D. comitis Goritie et Potestatis Por-
tusgruarii quendam captivatum nomine Mira-
num mandans ut quod tam contra dictum
captivatum quam contra quoscumque alios
exercere possit suam auctoritatem justitia
mediante in rebus et personis Gulielmus
notarius S. M. O.

1318 10 Iunii Portusgruaris

Iacobus de Andria Vicarius pro D. Federico
de Holvindayn milite Potestate Portusgruarii et
consules et commune dicte Terre Portusgruarii vi-
dentes et considerantes quod electio Potestarie
nuper facta per commune predictum in D. Hen-
ricum Goritie et Tirolis comitem effectum de-
bitum sortiri non poterat, maxime quia Po-
testas ipse in gariolum sedere non poterat
nec facere rationem absque nuto et licen-
tia D. Episcopi Concordiensis cum Iura spi-
ritualia et temporalia in Portugruario et
districtu ad eundem D. Episcopum integre
spectent, volentesque iura et jurisdictiones
Concordiensis Ecclesie usurpare nec eis de-
trahere ullo modo sed ea potius manute-
nere et augere pro posse, electionem ipsa-
rum Potestarie in dictum D. Comitem factam

rerum ipso Reverendo Patre totaliter ac
penitus revocaverunt volentes ipsam cassam
esse et insufficientem nulliusque momenti, nec
eidem electioni aliquatenus assentire. Asse-
rentes etiam dictum Commune Portusgruarii
posse quem voluerit accipere potestatem
pro faciendo negotia, et agenda omnia
et singula que ad dictum Commune per-
tinent, salvis tamen et aliis juribus
dicti Concordiensis Episcopi, successorisque
ejus in omnibus et per omnia semper
salvis. Guillelmus Not. B. M. O.

1318 15 iunii. In Monasterio Summaquensi

Cum D. Artuicus de Castello Episcopus Concor-
diensis visitationem diligenter fecisset in mona-
sterio Summaquensi tam in capite quam in mem-
bris, et D. Brandum ejusdem monasterii Abbatem
invenisset virum bonum et idoneum et peri-
tum absque culpa, de his omnibus quibus diffa-
matus fuerat apud eum absolvit, precipiens
tamen quod de cetero a contractu Abbatisse
S. Agnetis de Portugruario cum qua accusatus
fuerat cum effectu cavere ad tollen-
das suspiciones, modis omnibus desistere
debeat. Guillelmus Not. B. M. O.

1318 23 iunii. In Civitate Austrie

Philippus D. Cantii de Civitate (marchie Istrie) ordinavit
et constituit Iohannem dictum Carzotum de
Civitate suum nuntium et procuratorem

ad excipiendum ab hominibus de Bulets omnia sua iura ad Marchionatum istius pertinentia Benvenutus Not. A. N. M. O

1318 11 iulii in Curtina S. Odorici.

Ad tollendam omnem causam discordie et contentionis que oriri posset occasione facti S. Odorici de prope Tulmentum inter D. Nap[i]num de la Turre Prepositum dicte Ecclesie et Dominos de Spegnimbergo, D. Henricus Comes Goritie misit ad custodiendum dictum factum D. Pellegrinum de Holnistagn tunc habitantem Belgradi. Unde D. Napinus Prepositus protestatus est et dixit dictam custodiam ad se et suam Ecclesiam pleno iure pertinere et solummodo ob reverentiam D. Comitis, aut potius ad instantiam D. Reynaldi Vicarii D. Patriarche pro illa die de dicta custodia se velle sustinere, iuribus tamen sue Ecclesie semper salvis Gulielmus Not. A. M. O

1318 11 iulii Portusgruarii

D. Iohannes de Castello frater D. Episcopi concordanensis tradidit et donavit Aquilegensi Ecclesie Antonium filium [illegible] de Carnia suum hominem de Mernoto cum tota sua futura peculio atque prole; hac tamen conditione quod ipse Antonius infra presentem annum ad sacros Ordines se debeat promovere et infra quinque annos ad Sacerdotii dignitatem. Alioquin ipso facto ad servitutem pristinam revertatur. Gulielmus Not. A. M. O

1318. 17 iulii Vienne

Federicus Dux Austrie et Styrie Dominus Carniole, Marchie et Portusnaonis notificat universis suis fidelibus de Portusnaonis se pro quadam summa pecunie obligasse predictam Terram Portusnaonis cum omnibus suis pertinentiis D. Ludovico comiti de Goritia qui promisit eos in eorum iuribus et antiquis approbatis consuetudinibus eos servare nec gravare indebitis novitatibus et iniuriis. Quod si secus fecerit ad eum recurrant qui vexari indebite eos nullatenus permittet.

C. F. C.

1318 29 Julii Manzani ante portam castri

Pactum D. Francisci et D. Pirsonutti fratrum
de Pinzano, cum D. Almerico de Maniaco quod
non essent facte treugue inter eos eo quod dic-
tus D. Almericus fecerat captivos Dominos Guidoti-
num et Conradum de Montereguli adjutores ip-
sorum de Pinzano, quia de eis timuerat et tra-
juraverunt dicti de Pinzano in manu D. Matthei
de Ragonia Libris Not. A. N. U. C.

1318 20 Augusti Aquilejae.

Reverendus Pater D. Castonus bone me-
morie Patriarcha Aquilejensis obiit in Floren-
tia qui erat in Patriarchatu unum annum
menses septem et dies viginti unum pro
cujus anima dominus pre Taddeus de Palude ex-
tunc capellanus hujus Ecclesie, mansionarius et
Plebanus de Crochinitz dedit Capitulo decem
marchas de quibus empta fuit una marcha
in redditibus super domo q^m Vicentini hav-
beri ad hoc ~~ut~~ custos supradicte Ecclesie ~~ut dent ut~~
annis singulis fiat ejus anniversarium in
capella S. Ambrosii super tumulum bone memorie
D. Patriarche Raymundi cum vino et oblatione
et tres denarii dentur tribus Sacerdotibus, qui
ipso die celebrent missas tres pro ejus anima,
et inter pauperes clericos quinque denarii di-
vidantur. Reliqui vero denarii inter Canonicos
et mansionarios qui in anniversario ejus
presentes fuerint dividantur. Necrologio A C U C

1318 23 Augusti

In vigilia s. Bartholomei circa dimi-
diam noctem ignis succensus est in Portu-
naonis versus molendinum superius et combus-
sit quasi totam Terram et postmodum om-
nes inceperunt laborare de muro quia antea
domus erant quasi omnes de lignamine.
Odoricus a Portunaone. c. III R. o

1318 28 Augusti in Civitate Austrie

D. Antonius vicarius Ecclesie de Spegnim-
berch tamquam nuntius Dominorum de Spegnim-
berch et de Zuccola, volebat intromittere Cano-
nicam que fuit quondam D. Castoni Fabrica-
cus, prout ad eos Patriarchali Sede vacante
dignoscitur pertinere, et portam invenisset clau-
sam nec potuisset intrare. supplicavit D. Deca-
no et Canonicis Capituli Aquilegensis ut ordi-
narent et facerent quod ipsa canonica Do-
minorum de Spegnimberch et de Zuccola ha-
beat in custodia cuiuspiam Patriarchatus Aqui-
legensis. Antonius not. A C U o

1318 -- Septembris

Cum propter inimicitias et metum qui
cadere potest in virum constantem, D.
Varnerius de Cucanea canonicus Aquile-
jensis non possit absque periculo sui capitis
personaliter accedere ad Ecclesiam Aqui-
lejensem, neque interesse in tractatu
a Decano et Capitulo ipsius Ecclesie assi-

gato ad electionem futuri Patriarche celebrandam, et ad alia que in dicto Capitulo agenda fuerint; fecit et constituit D. Silvanum Archidiaconum Aquilejensem suum certum nuntium et procuratorem cuique commisit quoad inchoandum electionis negotium et quoad alia que in dicto Capitulo agenda imminent totaliter vices suas, dans eidem generalem et liberam potestatem nominandi, eligendi et postulandi vice et nomine ipsius, personam idoneam in Patriarcham et Pastorem Aquilejensis Ecclesie. Liquet vol. Anno

1318 septembris

Nobiles de Cucanea constituunt [illegible] [illegible] [illegible] de Cucanea eorum nuntium et procuratorem ad comparendum coram D. Decano et capitulo Aquilejensi in Colloquio apud Marcianum pro statu et libertate Aquilejensis Ecclesie et Terre Foroiulii, per eosdem ordinato. Liquet vol. Anno

1318 [illegible] septembris Avinion.

Iohannes XXII Pontifex vacante Sede Aquilejensi per obitum D. Castoni Patriarche, intendens ad bonum statum dicte Ecclesie eius provisionem ordinationi et dispositioni Sedis Apostolice plenarie reservat decernens ex nunc irritum et inane quidquid per quoscumque alios contra huiusmodi constitutionem attemptari contigerit.

Rubeis.

1318 6. septembris

Articus de Castello episcopus Concordiensis in pratis ubi erat Colloquium D. Comitis [illegible] Iohannis de Manzano, investit D. Iohannem de Villalta ante eum flexis genibus existentem de feudo quod in Uruspergo dictus D. Iohannes habebat ab Ecclesia Concordiensi qui ut vassallus Domino suo, fidelitatem eidem iuravit Simeon Not. A. N. U. O.

1318 25 septembris Aquileiæ

Capitulum et Canonici Ecclesiæ Aquilejensis ordinant et constituunt D. Gulielmum Decanum suum nuntium et procuratorem ad petendum et exigendum ducentos et quinquaginta marchas denariorum quas D. Dux, Consilium et Commune Venetiarum persolvere tenentur et debere D. Patriarchæ et Ecclesiæ Aquilejensi pro termino presentis mensis Septembris pro jurisdictionibus, juribus et terris Istriæ juxta conventiones et pacta inter ipsos et D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem habita et contracta. Gabriel Not. A. M. O.

1318. 27 septembris Glemone.

D. Simeon de S. Daniele pro se et amicis suis omnibus et propinquis facit treuvas D. Nicolao de Forgaria qui nunc moratur in S. Daniele et omnibus suis amicis et propinquis usque ad instans festum S. Georgii super illa rixa nuper facta inter eos, in manibus

1318 11 septembris in Civitate Austriæ

in Veteri ea majori Civitatis Austriæ a generali Colloquio coram D. Henrico Sevitle, Capitulo et totius Patriarchatus Aquilejensis [illegible] et [illegible] ordinatum extitit et firmatum [illegible] ordinatum Dominus Bartholomeus et Philippus Sacchetia Civitatis electi Ambasciatores pro [illegible] Capitaneum cui data fuit per Colloquium auctoritas eligendi sedant ad summum Pontificem et [illegible] Cardinalem pro [illegible] et [illegible] totius Terre [illegible] et [illegible] nobilium [illegible] et omnium terrarum [illegible] [illegible] et quod [illegible] appareantur in [illegible] quas appetebant A. S. D.

D. Odorico de Strassoldo canonico Aquilejen-
si et Vicario D. comitis totius Patriarchatus
capitaneo sub pena ducentarum marcharum
solidorum … S. M. O

1318 1° octobris

Invasit D. comes Taruisinus … obsedit
… et obtinuit Montembellunam to-
tam et multi Nobiles Taruisini astabant
sibi, inter quos duo ex Advocatis, ille
de Valrico et ille de Montefumo, de
Coneglano D. Manfredinus de Collalto et
alii quamplures, illi de camino superio-
ri et inferiori et obtinuit omnes quasi
munitiones in Diocesi Taruisina prae-
ter Coneglanum, Castrumfrancum et
Maestre; et destruxit omnes burgos ci-
vitatis, et quasi omnes villas, praeter
… et vacassit circa festum S. Andree,
~~Odoricus a Portunaonis …~~ illo me-
dio Taruisini miserunt nuntios ad D. Du-
cem Austrie supponentes se dominio suo,
qui remisit nuntios suos honorabiles Do-
mino Cani, scilicet D. Episcopum Lauen-
tinum ejus capellanum et ejus Cancella-
rium. Odoricus a Portunaonis. C. M. R. O.

1318 … octobris

D. Hector de Savorgnano ex una parte
et Domini Federicus et Hermannus de
Altems ex alia pro se, eorum coadju-
toribus, parentibus et amicis fecerunt tre-

vas inter eos usque ad proximum festum Resurrectionis Domini sub pena centum marcharum in manibus D. Warnerii de Cucanea Canonici Aquilejensis. Cuque not. A.M.U.O.

1318. 3 Octobris Ante portam Maniaci.

Domini Valusinus et Nicolussius de Maniaco jurant treuvas Domdeis de Monfereali dummodo non faveant directe aut indirecte Dominis Francisco et Pinzanutto de Pinzano, neque Jacobo et Petandeali de Maniaco aut hominibus eorum offendere volentibus tam in castro quam in villa, et in suis et malainis et hoc usque ad proximum festum S. Martini et sub pena ducentarum marcharum. Altinus Not. A.M.U.O.

1318. 10 Novembris Glemone.

Blasinus filius Iuliani Todesi de Glemona flexis genibus, absque pileo et cingulo et spoliatus vestibus tenuit in manibus dicti sui patris omnem hereditatem quam ab eo habere posset et rogat ut a se debeat emancipare. Qui Iulianus eam supplicationem accipiens predictum Blasinum emancipavit dans eidem liberam auctoritatem ut ad sui non libitum vices ejus agat. Steph. Rom. Valcaudus Not. A.M.U.O.

1318 14 Decembris Aquileja

Paganus de la Turre Episcopus Paduanus, et Administrator Ecclesie Aquilejensis

in Spiritualibus et temporalibus a Sede Apostolica deputatus Henrico q. Pauli Bojani qui in Diocesi Aquilejensi habebat Canonicatum et Prebendam in Civitate, et [illegible] Concordiensi perpetuum beneficium in Fossalta, confert Plebanatum S. Michaelis de Paylstadu. A.C.C.O.

1318 18. Decembris in Civitate Austriae.

Decanus et Capitulum Ecclesiae Civitatensis D. Federico de Hebrinctayn marescalcho D. Comitis Goritiae et D. Philippo q. D. Guarnerii de Civitate concedunt facultatem construendi in Ecclesia S. Johannis Baptistae ante altare B. Nicolai unum monumentum ad ipsos et non alios in eo sepeliendos. Johannes Not. A.N.U.O.

428. 1318 25. Decembris Aquilejae

Cum plures collectae, Sede Patriarchali vacante impositae, fuissent ab Apostolicae Sedis Legatis et nonnulli ex Clericis Patriarchatus eas solvere non curassent, Paganus Episcopus Paduanus et Administrator Ecclesiae Aquilejensis ab Apostolica Sede deputatus mandat Plebano Glemonae quatenus Clericos praedictos excommunicatos esse et eorum Ecclesias subditos publice denunciare debeat; et si pecuniam quilibet contingentem infra quindecim dierum terminum non

solverint sciant se de eorum benefi-
ciis et ecclesiis esse privatos. Prohibeat
igitur ne quis de redditibus ac proventi-
bus ecclesiasticis clericis hujusmodi ullo modo res-
pondeat. Johannes subtilis not. A. N. U. O

1319

1319

Sanctissimus Papa Iohannes providit de Patriarchatu Aquilejensi D. Pagano Episcopo Paduano Chron. Iul.

1319 1° ianuarii

Facto conflictu contra Tarvisinos apud pontem Plavis D. Recello de Camino obsedit Coneglanum ab Epiphania usque ad dimidium Iunii cum magna expensa in qua expendit ultra centum millia librarum et tandem D. comes Goritiae eius cognatus sub fraude removit obsidionem, et factus fuit Vicarius Tarvisii pro Duce Austriae nomine ipsius. Odoricus a Portunaonis C[illegible] o.

1319 24. Ianuarii Aquilejae

Paganus Episcopus Paduanus et Administrator Ecclesiae Aquilejensis mandat auctoritate Administrationis ei commissae, quatenus electio Abbatis de Arnoldstain facta per monachos dicti monasterii in personam fratris Iohannis monachi S. Petri de Rosacio solemniter publicetur ut si quis contra electionem praedictam aut personam electi aliquid rationabile objicere vellet, infra quinque dierum spatium coram eo in palatio Aquilejensi compareat. Stephanus Not. A.E.U.O.

1319 23 Januarii in Civitate Austriae

Bernardus de Ragonea Decanus Civi-
tatensis instituit duos novos Praebendatos
per Decanum qui pro tempore fuerit eli-
gendos inter pauperes Sacerdotes unus quo-
rum quotidie missam S Spiritus super al-
tare S. Bartholomei et alter missam S. Cru-
cis super altare S. Crucis in Ecclesia supra-
dicta celebrare tenerentur; eisque de suis bo-
nis et redditibus dotem convenientem as-
signat. Galielmus nol. A. M. O

1319 27 Januarii in Civitate Austriae

... 13 ... in ... isto

Coram D. ... magnanimo patre ... sedente ... in loco ... ad ... comparuit ... D. Patriarcha et ... iudicio ... coram ... sit et proposuit

quod ... D. Ricardus ... de Camino ... sit ... Aquilejensis et ... sacramentum ... et fidelitatis praestitum ... et ... Patriarchae ... pro ... et pro ... et ... de ... et de ... et pro ... quae a dicta Ecclesia tenebat in feudum et ... de ... D. Ricardus ... suo ... et Cavolanum

eundem D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejen-
sem et ejus castra in castello, de Caripa de
Aviano et plures alias villas dictae Ecclesiae
hostiliter et cum armis incurrit et insultavit
et vexando eas [illegible], comburendo et
devastando villas et domos, homines captivando
[illegible] et captivos ducendo et re-
ducendo cum animalibus et rebus devastatis
tam in Cadubrio quam in Cusdignano et ave-
ano, [illegible] rebellis eidem D. Patriarchae et e-
Ecclesiae contra suum proprium juramentum teme-
re veniendo et cum idem D. Patriarcha secun-
dum laudum et sententiam latam in colloquium
generale cum vento dicti D. judicis mandavit fi-
eri et praecipi dicto D. Rizardo in quolibet quod om-
nes renovatores devastationes et combustiones factas
per eum noviter in Sacro Caripa Aviano et aliis
locis villis et stabilis dictae Ecclesiae omnino red-
dat et restituat ad integrum, et captivos libere
relaxet, et quod ab incursionibus insultis et re-
bellionibus praedictis cessat penitus et desistat sub
poena feudi et propter ea quod ista die praesen-
ti compareat personaliter in S. Vito coram dicto
D. judice ad faciendam suam emendationem super
praedictis quae si non faceret, aut facere nollet
feudum et alia undique et loco et
omnia alia feuda quae tenet ab Ecclesia Aquile-
jensi, sint dictae Ecclesiae et eidem D. Patriarchae
confiscata penitus et devoluta ita quod amplius

dictus d. Rizardus, nec eius heredes
minime debeant de illis gaudere,
et quod et affidatus in persona et rebus
cum tota comitiva veniendo, stando et
etiam redeundo unde cum hora termini
sit et videatur transire et dictus d. Rizar-
dus non compareat nec alius pro eodem
supplicavit idem d. Patriarcha predicto d. Iudi-
ci ut placeret a circumstantibus sententiari
quid inde iuris esset.

Primo [illegible] probatum fuit ad re-
quisitionem [illegible] ipsum d. Rizardum per
praeconem [illegible] atque [illegible] procla-
matum fuisse [illegible] nec per se nec per [illegible]
[illegible] [illegible] comparuisse.

[illegible] probatum fuit [illegible] fuisse d.
Rizardo mandatum superius allegatum per
nuntium d. Patriarchae a dicto Iudice [illegible]

[illegible] probatum fuit senten-
[illegible] per generale [illegible] contra eundem d.
Rizardum [illegible] fidelitatem [illegible]

[illegible] d. Iudex ad instantiam d. Patri-
archae quid inde iuris esset per omnes circum-
stantes nemine discrepante sententiatum fuit
et [illegible] quod dicta sententia [illegible]
et per omnia firma sit et rata et semper de-
beat permanere et executioni contra dictum
d. Rizardum [illegible] et eius heredes data
et demandare et [illegible] praefatus d. Iudex

dedit in nuntium eidem D Patriarchae
supradictum D Arnaldum de Ruvziacho
qui eum ponat in tenutam et corporalem
possessionem de Cadubrio, de Castris Cnudigna-
ni et Lauvlani et de omnibus feudis quae
dictus D Rizardus rebellis tenebat ab ec-
clesia Aquilegensis veri

1335 31 Julii Utini

Rodulphucio qui nobis significavit ex
parte D Patriarchae et D federici et omnium
nostrorum bona nova de C Rizardo qui a
gente nostra per Dei gratiam cum tota gente
sua perditus fuit in conflictum per dictum
dominum nostrum Patriarcham et exercitum
suum dedi marcham unam en lib. ...

1335 12 Augusti in Civitate Austriae

Bertrandus Patriarcha per fimbriam suae clam-
idis investit de feudis suis Dietricum q^m Symo-
nis de Pisono

1335 15 Augusti. Utini

Bertrandus Patriarcha locat ad unum an-
num pratis et foro quinquaginta quinque mar-
charum Antonio q^m Pasqualutti de Utino Po-
testariam Terrae Maranae cum gabella et om-
nibus iuribus ad eam spectantibus A S. A

1335 20. Augusti Utini

Pro servitiis Patriarchae et Ecclesiae Aquile-
iensis impensis per Gulielmum de Spegnimberch
e Wolvinum et Iohannem fratres de Sloybenh

tam in terra quam in Foro Julii cum certa

gentis armigerae comitiva nec non pro emen-

dis equorum mortuorum et pro captivis eius mandato re-

laxatis, reservantes Patriarcha mille marchas illis

debere, recognovit et fatetur [illegible] quibus cum non

haberet pecuniam praesentem se quod eis satisfacere

valeat, ob quod eidem et deputat pro pignore cas-

trum et capitaneatum de Avisperch cum [illegible]

[illegible] [illegible] proventibus honoribus et utilitatibus

quibuscumque ad ipsum capitaneatum spectantibus

donec de suprascriptis pecuniae summa fuerit illis

integre satisfactum. A S D

1335 22 Augusti Utini

Statuta [illegible] [illegible] ad unum annum pro octo-

ginta marchis [illegible] [illegible], [illegible] Rodolfi et Ber-

[illegible] [illegible] de [illegible] A S D.

1335 22 Augusti Utini

Bertrandus Patriarcha mandat Prenzilae de Spilim-

bergo [illegible] et [illegible] de Savorgnano [illegible] de Villal-

ta [illegible] de Portis, Ricardo de Colloredo et

[illegible] de Ragogna quatenus infra octo dies

[illegible] debeant in [illegible] manibus [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] cum fra-

tribus [illegible] et [illegible] de [illegible] quos

sub [illegible] [illegible] marcharum per [illegible]

[illegible], dictus Patriarcha [illegible] relaxavit

[illegible] contra eos procedat. A S D

1336 25 Augusti. In castro S Danielis

Bertrandus Patriarcha considerans quod et

devota obsequia quae sibi et Aquilejensi
Ecclesiae fideliter impendit nobilis vir D. Ber-
toldus de Toppo Vicegastaldio Camipae qui
postquam incoepit guerra quae inter Aqui-
lejensi Ecclesiae D. Ricardus de Camino supe-
rioni semper custodivit et defendit fideles-
sime dictum castrum Camipae suis sumpti-
bus et expensis, immensis periculis ob hoc se
et suos personaliter exponens, ne idem Ber-
toldus ingrato videatur Domino serviisse
sed potius retributori benigno, omnes pos-
sessiones quas habebant et tenebant ab ipso D.
Patriarcha et Aquilejensi Ecclesia in villa sua
de Campiformio Georgius et Domenica de Opre-
no cum omnibus juribus et pertinentiis suis
per se suosque successores et nomine Aquile-
jensis Ecclesiae dicto Bertoldo et suis haeredibus
ad habendum, tenendum et possidendum, om-
nemque suam utilitatem et commodum facien-
dum libere tradidit et concessit A S D

1335 25 Augusti in actu Domus

Ludovicus de Castronovomundo pro se et suis amicis
et coadjutoribus facit treguas in manibus D. Bertran-
di Patriarchae D. Ricardi de Savorgnano et suis
amicis et coadjutoribus, easque sub poena quin-
gentorum marcharum usque ad festum Nativi-
tatis Domini observare promisit A S D

1335 26 Augusti in actu Banzalis

Pro servitiis exhibitis Ecclesiae Aquilejensi

cum certa gentis armigerae comitiva in par-
tibus istae et Foroiulii cum Bertrandus Pa-
triarcha teneatur Santino da Curanea in cer-
ta pecuniae quantitate obligat et tradit in so-
lutionem eidem aditum Gastaldiae de Tricesimo
nec non censum Castellorum de Glemona a die
praesenti in antea pro centum et viginti mar-
chis denariorum volens quod ipse omnia habeat et
teneat donec satisfactionem receperit atque
ob complerum B S B

1335 27 Augusti in castro S. Danielis

Ob grata et devota obsequia impensa tam a
istis quam in tempore, Bertrandus Patriarcha
concedit Domini Ortulfo et Leupoldo de Reuten-
berch omnes illos mansos et decimas quos et quas
D. Ruffo miles de Reutenberch patruus eorum
habebat olim et tenebat ad tempus vitae ab
Ecclesia Aquileiensi et hoc usque ad octo annos
et absque responsione alicujus census ita tamen
quod finito termino hujusmodi octo annorum,
dicti mansi et decimae ad dictam Aquileiensem
Ecclesiam libere revertantur B S B

1335 30 August in castro Danielis

Cum nuper Bertrandus Patriarcha in suas ma-
nus recepisset Gastaldiam de Buiano quam ante
suam promotionem Canonici Ecclesiae Aquileien-
ses et aperantes illis per generale Capitulum
obligaverant Moscardo ac fratribus de Pocilia
pro certa libris veronensium parvorum solvendis,

per nec quibusdam de Aviano qui tunc in dic-
ti loci in se recepevant, et pro eo quod de
suo stipendio tempore quo fuerant ad custodiam
e defensionem dicti loci non fuerat eis satisfactum
et cum praefatus D Patriarcha dictis Mernarde et
fratribus suis in prompta pecunia satisfacere non pos-
set concedit eisdem Gastaldiam dicti loci modis et
conditionibus quibus fuerat eis obstanta Gastaldia
de Aviano salvo semper quod recipiant dictam
pecuniae quantitatem Stipendiarius possit sic ab
voluntate ratione cum lucris per eo receptis
in Gastaldia de Aviano 13 5.8

1335. 31 Augusti. In castro S Danieli

um castrum dicti victualium penuriam
pateretur eo quod a tribus annis elapsis re-
gimen hominum dicti loci fuerant continuo devas-
tatae propter quem defectum facile mitti poterat
nis Galvanus de Maniaco ad quem D Patriarcha
habuit recursum conduci fecisset dictum staria
ducentum et sexaginta frumenti ad computum
solidorum quadraginta pro quolibet stario Item
ducentum staria avenae ad computum solido-
rum viginti quatuor pro quolibet stario. Item
staria viginti fabarum ad computum solido-
rum quadraginta pro quolibet stario, quod to-
tum pretium ascendit ad summam librarum
octingentorum praedictae monetae Sed cum ad prae-
sens Patriarcha tantam pecuniarum quantitatem
non haberet qua sufficere posset debita memorato,

gavitum de Manic quod ad eum spectabat et omnes mansos bonos et una ad eum spectantia et ad Ecclesiam Aquileiensem ipsi Salvano et suis heredibus obligat et pro pignore specialiter deputat volens quod ille habeat et teneat donec de predictis quingentis libris fuerit sibi utique satisfactum. B 5

1325 31 Augusti in S. Daniele

In Christi nomine amen [illegible] nobiles viri Henricus pro se Bertolinus pro se et filiis et Consadella de S. Daniele pro se ex una parte et Nicolaus pro se et filiis, Henricus dictus Cattus et Lazarinus omnes de ipso loco ex alia, tangentes sibi manus invicem in signum pacis et amoris de omnibus offensionibus, vulneribus et iniuriis hinc inde illatis fecerunt pacem et concordiam inter eos et promiserunt illam perpetuo observare sub poena trecentarum marcharum, quibus penaltis D. Patriarcha praecepit etiam sub poena feudi et proprii quod pacem ante dictam verbis et factis firmiter perpetuis temporibus observare debeant, promittens non passare alicui illorum nocent [illegible] B 5 Z

1335 3 septembris in castro S. Danielis

Bertrandus Patriarcha per fimbriam sui [illegible] ment investit Conradum olim Mauricini de Rancalis pro se et loco Philippo dicto Pelliano eius fratre de una sedimine in castro S. Danielis in feudum habitantiae eis heredibus masculis

et femina c. P.

1335 . Septembris in castro S. Danielis

Pro pena [illegible] [illegible] et [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible]

[illegible] sibi exhibitis et [illegible] Aquileiensi

tam in Istria quam in [illegible] per Nicolaum

de [illegible] Bertrandus Patriarcha [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] quatuor marchas [illegible]

quas [illegible] usque ad [illegible] [illegible] proxime

[illegible] dare et solvere promisit p. c. P.

1335 9 Septembris in castro S. Danielis

Pro servitiis sibi exhibitis et Ecclesiae Aquileiensi per Lancenum [illegible] [illegible] notarius q.[illegible]

[illegible] Begani de Civitate Austriae [illegible] [illegible]

gentes armigeras conductas in partibus Tervisii ac pro emenda equorum suorum, Bertrandus Patriarcha recognoscit debere eidem

[illegible] marchas denariorum, quas [illegible] da-

re promisit [illegible] eorum [illegible] [illegible] p. c. P.

1335 11 Septembris Apud castrum S. Danielis

Bertrandus Patriarcha investit Henricum q.m Thomasii [illegible] de S. Daniele de feudis habitantiae

quae ipse et sui progenitores dicebat habuisse in

dicto loco et in [illegible] [illegible] prope [illegible] p. c. P.

1335. 18. Septembris . Utini.

Bertrandus Patriarcha notum facit omnibus quod universos Iudaeos in Civitate

Austriae commorantes in suam suscipit

protectionem, ipsosque ab omni collegio, uni-

versitate, singulariter persona cuiuscumque praeeminentiae status et conditionis existat tueri et conservare promittit; praecipiens universis et singulis quatenus ab omni eorum molestia et gravamine se studeant abstinere sicubi indignationis ejus cupiunt effugere ultionem. B.S.D.

1333. 25. Septembris in Civitate Austriae

Federicus et Odorlicus de Varmo ex una parte et Nicolaus de Lanspergh cammerarius Belgradi et homines de parte Latisanae ex alia pro se et eorum amicis et coadjutoribus jurant sibi invicem treuguas in manibus D. Patriarchae usque ad proximum festum S. Martini, easque observare promittunt sub poena centum marcharum. A. N. U.

1335 30 Septembris Apud Ecclesiam S. Danielis

D. Bertrandus Patriarcha nomine Ecclesiae suae Aquilejensis sedens in judicio in praesentia suorum vassallorum proposuit dicens quod de usu et consuetudine Patriae Forijulii et feudorum Ecclesiae Aquilejensis quando aliquis vassallus dictae Ecclesiae moritur sine filio masculo de legittimo matrimonio ex ipso vassallo procreato omnia feuda quae dictus vassallus tenet ab Ecclesia Aquilejensi ad dictam Ecclesiam et D. Patriarcham revertuntur et ei sunt penitus devoluta; unde cum D. Rizardus Novellus de Camino Superiori, qui erat vassallus dictae Eccle-

siae Aquilejensis sit mortuus sine filio masculo de legitimo matrimonio procreato et a praedicta Ecclesia Aquilejensi teneat in feudum Cadulcum ac castra Cavalani et Caudignani et castrum Reginzalum et plura alia feuda, petit dictus D. Patriarcha per dictos suos vassallos sententiari et diffiniri quid juris inde esset super praedictis. Et ibidem per omnes vassallos, nemine discrepante, sententiatum fuit et sententialiter diffinitum quod postquam dictus D. Alnardus Novellus erat mortuus nullo filio masculo ex ipso de legitimo matrimonio procreato sibi superstite seu superveniente, omnia feuda quae ipse ab Ecclesia Aquilejensi tenebat sunt eidem D. Patriarchae et dictae Ecclesiae Aquilejensi penitus et libere devoluta; et quod de illis dictus D. Patriarcha nomine dictae Ecclesiae Aquilejensis per se, sua propria auctoritate se debet et potest intromittere, et ea omnia potest accipere et facere suam voluntatem C.C.7

1339. 9. Octobris Glemonae

De mandato Consilii Massarius Communis Glemonae solvit Hermano Domicello magnifici D. Ducis Austriae decem flurenos auri pro ficto stubae et decem solidos grossorum pro expensis C.P

1335. 10. Octobris. in castro S. Viti.

Bertrandus Patriarcha per vexillum sindonis
rubei quod in suis tenebat manibus investivit
D. Ludovicum Abbatem Sextensem de feudis quae
dictum monasterium habebat ab Ecclesia Aquile-
jensi mandans ei quod infra mensem tradat
in scriptis omnia ejus feuda. A.D.U.

1335. 13 Decembris. in Civitate Austriae

Pro adjutorio operis pontis Civitatis Austriae. il-
lis viginti marchis quas Commune expendere decrevit,
D. Patriarcha promisit addere poenam quam solvit
D. Nicolaus de Neumarch qui condemnatus fuit
per Religiosum Fratrem Albertinum ordinis minoris
Inquisitorem haereticae pravitatis. A.C.U.

1335. 15. Decembris

Perina de la Turre contraxerat matri-
monium cum D. Bernardo de Strassoldo, et
Paganus Patriarcha dictae suae nepti consti-
tuerat dotem de multis bonis per eum em-
ptis in villa de Sevegliano et ejus pertinen-
tiis ea conditione et pacto quod bona prae-
dicta devenirent ad Patriarcham Aquilejen-
sem et ejus successores si filios ex dicto ma-
trimonio non habuisset. At cum dictus Ber-
nardus de Strassoldo non multo post mor-
tuus esset absque filiis et dicta D. Perina
vellet contrahere novum matrimonium cum
D. Gerardo de Cucanea; Bertrandus Patriarcha
considerans amorem et benevolentiam quam

habet et in perpetuum est habiturus a nobili domo de la Turre et a famosa domo de Cucanea, et volens ejus praedecessoris sequi vestigia deputavit et assignavit eidem D. Perinae omnia bona et possessiones in praedictis locis sitas dummodo in nullam extraneam domum extra illam de Cucanea transferantur et post mortem dictae D. Perinae et dicti D. Gerardi atque haeredum eorum dicta bona ad Patriarcham qui pro tempore fuerit deveniant. c.P.

1335. 16. Decembris. In Civitate Austriae

Datus est nuntius massariis de Lyuna ad accipiendum ad tressum de bonis D. Gabrialdi de Castillerio qui non comparuit coram D. Patriarcha ad faciendam suam excusationem de damnis ac vulneribus ab eo factis et illatis. A.N.U.

1335. 21. Decembris. In Civitate Austriae

D. Bartulus de S. Daniele nominat suos procuratores et nuntios in lite quam movere intendit D. Abbati Sextensi propter equos quos cum sellis, armis, valisiis et aliis rebus sibi abstulerat et in suum monasterium duci fecerat. A.N.U.

1336.

1336. 13. Januarii. Utini.

Jacobus de Carraria Canonicus Tarvisinus ex parte ejus Capituli notificat D. Patriarchae D. Ubaldum Episcopum Tarvisinum prima die hujus mensis ex hac vita migrasse, et in ejus locum Capitulum praedictum elegisse Petrum Paulum ejus Decanum. Unde D. Patriarcha mandat omnibus nuntiari et Edictum suum ad portas Ecclesiarum affigi quod si quis haberet aliquid dicere contra dictae electionis formam aut personam electi infra decem dies ante ipsum ubicumque fuerit studeat [illegible] comparare A A U

1336 15. Februarii in Civitate Austriae Constitutis una cum D. Patriarcha Praelatis, Franchis [illegible] et Communitatibus in colloquio generali propositum fuit

I.° Super Statuto Aquilejae

II Super represaliis Paduae, Tarvisii et Ferrariae

III Super pupillis utriusque sexus quando eorum bona occupantur si cum fuerint in aetate XIV. annorum poterunt dare [illegible] possessoribus eorum bonorum

IV. Super jure Feudali reddendo in scriptis

V Super eo quod fidejussores damnorum

quando solvant dotem primo debeant procedere contra bonorum possessores obligatos tempore dotis, inde possessores habeant manutentores

VI. Super apparatu militiae pendat.

Firmatum fuit et ordinatum quod quidquid per consilium D. Patriarchae et tamdiu quam fecit, iuliis cum aliis Sapientibus eligendis consultum fuerit super praedictis habeat ulm. et auctoritatem Colloquii generalis. A. N. U.

1336 15. Februarii. Sorravallo.

Philippus de Manzo procurator D. Odorici de Cucanea supplicavit D. Vicedom. de Camino ut se procuratorio nomine recipientem investiret de feudis quae dictus D. Odoricus habet aut habere debet a D. Rizardo Novello de Camino Superiori et a domo eius: cui dicto Domino respondit quod nullum investiret nisi personam praedicti D. Odorici aut unius ex filiis illius. A. C. C.

1336. 29. Februarii. In Civitate Austriae

Ad requisitionem Marescalchi D. Patriarchae Praeco Communis Civitatis alta voce ut moris est proclamavit quod citabat Dominos Hermagoram, Phoebusinum, Johannem Fustanum et Pancaram de la Turre quod debeant coram ipso D. Marescalcho comparere die mercurii proxima futuri in Civitate in hora Completorii facturi suam scusam de robariis per eos factis super strata publica

mercatoribus transeuntibus et venientibus de Aquileja tam in eius quam in aliis rebus. A.N.C.

1336. 2. martii. Aquilejae

Bertrandus Patriarcha suscipit et aggregat consortio suorum Capellanorum domesticorum Pelegrinum Plebanum in Civelach [Civedach] seu ...

1336. 3. martii. Aquilejae

Constitutus in ecclesia majori Aquilejensi in praesentia D. Bertrandi Patriarchae post missarum solemnia venerabilis pater D. Petrus Paulus Dei gratia Episcopus Tarvisinus recepta consecratione ab eodem D. Patriarcha assistentibus sibi Dominis Guidone Concordiensi et Natale Emonensi Episcopis, statim ad mandatum praefati D. Patriarchae, tacta Cruce et Sacrosanctis Evangeliis corporaliter juramentum praestitit in hunc modum: Ego Petrus Paulus Episcopus Tarvisinus ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro, Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae et domino meo D. Papae Benedicto XII suisque Successoribus canonice intrantibus, ac domino meo D. Bertrando Patriarchae Aquilejensi: non ero in consilio auxilio, consensu seu facto ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero quod mi creditum fuerit per se aut per nuncios suos sive per litteras ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: Patriarchatum Aquilejensem et regalia Ecclesiae Aquilejensis adjutor

ei ero ad retinendum et defendendum salvo meo Ordine contra omnem hominem. Legatum et nuntios dicti D. Patriarchae in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo: vocatus ad Synodum veniam nisi praepeditus fuero canonica praepeditione: Aquilejensem Ecclesiam singulis annis aut per me, aut per meum nuntium visitabo nisi Apostolica vel dicti D. Patriarchae absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam mei Episcopatus pertinentes non vendam, neque donabo neque impignorabo nec de novo infeudabo vel alio modo alienabo inconsulto dicto D. Patriarcha. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia. A. N.

1336. a. martii Aquilejae

Bertrandus Patriarcha dixit et protestatus fuit quod per litteras licentiae quas concedebat quibus mercatores ire, stare et redire et conducere et mittere mercationes quascumque et carratores eas opportune apportare poterant per omnes stratas Forijulii sicut faciebant de mense Aprilis proxime praeterito non intendebat jus aliquod acquirere Comiti seu Comitatui Goritiae tam in possessione quam in proprietate stratarum. A. N. C.

1336. a martii Aquilejae

Bertrandus Patriarcha investit Nicolussium q.m Francisci de Silvarolo habitatorem Portusgruarii de feudis suis antiquis rectis et legalibus. A. N. C.

1336. 8. martii. in Civitate Austriae

Statutum fuit quod de cetero non po-
natur Consilio quod det suis expensis so-
ciis Potestatibus aut aliis euntibus ad
regimen alicujus Terrae, nec joculatores
cuiquam in nuptiarum solemniis. C M R

1336. 8. martii

Benvenutus de Maniaco assumit Gastal-
diam Turris per quinque annos pro cen-
tum et quinquaginta marchis et condi-
tionibus infrascriptis

1° Si infra dictum tempus bellum in-
grueret debeat habere a D. Patriarcha et
ejus expensis sex bonos pedites ad custodi-
am dicti loci

2° Pro ejus reparatione possit habere
lignamina tam Frattae quam hominum.
Gastaldiae S. Viti

3° Non debeat habere socium aliquem
nisi forte ejus filios

4° Fructus et redditus dictae Gastaldiae
deferantur illi per habitatores aut Ste-
monam aut Avenzonum A V U.

1336. 20 martii. in Civitate Austriae

Bertrandus Patriarcha et Frater Albertus
de Bassano inquisitor haereticae pravitatis
in provincia Forijulii asserentes quod homines
Terrae Civitatis Austriae sunt fere Christia-

ni et astant officio Inquisitionis, omnes processus factos per ipsum I inquisitorem ra-
tione magistri Lazari judaei de Ferraria capti per D. Gastaldionem Civitatis, carrant tanquam nullos amba simul et unusquisque per se, et quod dict. judaei debeat relaxari, et puniri secundum Constitutiones Terrae Civitatis de ma-
lefitio si quod fecit, sub severitate centum mar-
charum quod ipse inquisitor obtulit se facturum et illa Epi D. Patriarchae placebit de parendo iuri. A. N. U.

1336. 19. Aprilis. Utini

Gastaldiam S. Viti cum gardito, redditi-
bus etc. Bertrandus Patriarcha concedit ad annum Vermilio de Meduna et Ner-
mano de la Frattina pretio et fere centum marcharum. A. N. U

1336. 25 Aprilis Utini

Bertrandus Patriarcha ratificat et con-
firmat Privilegium indulgentiarum quod Pa-
ganus ejus Antecessor concesserat infranti-
bus confraternitatem S Georgii villae de Grav-
zano de Utino. Ex membrana.

1336. 27. Aprilis

Bertrandus Patriarcha committit officium cudendae monetae magistro Byna clavi Cornachini de Florentia. A C.A.

1336. 20. Maii.

Hector ivit cum tota militia Aquilejam

ad loquendum D. Comiti Bortolo super facto pacis factae inter Comune de Utino et illum de Duino et ostendendum foedera pacis ipsius. A.C.U.

1336 24. maii. Sacili.

Lombardinus de Cividia Vicecomes Seravallis et aliarum terrarum q.m D. Rizardi de camino superiori procurator ad hoc specialiter constitutus per Dominam Viridem relictam q.m D. Rizardi praedicti matrem et tutricem filiorum et heredum dicti q.m D. Rizardi per fimbriam suae guarnachiae investit D. Gerardum de Cucanea procuratorem D Odorici ejus patris de feudis quae dicerit ejus pater habere debet a domo de Camino. C.P

1336. 22. iunii. Villaci

Bertrandus Patriarcha investit magnificum virum D. Ottonem de ortemburg pro se ejusque nepotibus recipientem de castris de Ortenarg, Polan, Sternwarth ac de Zobelsperch nec non de quibusdam aliis feudis quae sui praegenitores antiquitus habuerunt et tenuerunt ab Ecclesia Aquilejensi

336 6. iulii in Civitate Austriae

D. Federicus de la Turre constituit et ordinavit D manuellem socium D Orsi de domo justiniani de Venetiis Potestatem mediolani ejus procuratorem ad exigendum quaecumque res mobiles

in pecunia, auro, argento etc a quibus=
cumque personis religiosis tam fratribus Prae=
dicatoribus, minoribus et Heremitanis et aliis
quam a collegiis personisque secularibus et una
veritate civitatis mediolani et eius districtu

penes quas q.m D. martius pater eius aut Domini
Claudinus et Aquilinus de la Turre eius patrui
deposuissent seu debissent in servamine. A. N. U.

1336. 19. iulii. Venzoni

Consilium Terrae Venzoni dedit iacobo ma=
gistro artis scloppi in collegas Iohannem
de la Janta et Georgium q.m Antonii, qui
iuraverunt dictam artem edíscere et eam
aliquem non docere, sed ipsam in defen=
sionem Terrae Venzoni exercere et nun=
quam contra Terram praedictam eam ea=
dam arte venire. A. N. U.

1336 29 iulii in civitate Austriae.

D. Gulielminus Praepositus Carnae vo=
lens obedire mandatis D. Patriarchae sibi
et aliis factis quod infra mensem unusquis=
que habens curam animarum teneatur
facere residentiam corporalem, habens
ibidem tres equos ascendit et arripuit
iter postquam iuravit ad sancta Dei evan=
gelia alio non ire quam ad suam Praeposi=
turam Carneae A. N. U.

1336. 29. iulii. in Ecclesia S. Petri

D. Gulielminus Praepositus Ecclesiae S. Petri de

canea per se suisque successores de-
dit et investivit Ulvassio de Palazza q^m
Prandi ad legale feudum omnes terras
et possessiones quas habet Boninsegna de
Palazza sitas ibidem cum domibus, casaleis
pratis arboribus fructiferis et non fructiferis
prout dictus Boninsegna hactenus habuit in
feudum a praedicta Ecclesia S. Petri: et ipse
Ulvassius juravit corporaliter fidelitatem
ipsi Praeposito et suo Capitulo et esse verus
vassallus prout moris est. ex membrana.

1336. 31 [illegible]

Bertrandus Patriarcha concedit Iohanni
de la Barba de Sacilo mansum unum situm
in territorio villae de Sclavons prope Cane-
lanum cum fructibus et redditibus ejusdem
ita tamen quod dictus Iohannes solvere
et dare debeat annuatim pro dicto manso
Patriarchae et successoribus ejus centum scudel-
la lignaeas praesentandas in festo S. Michaelis. [illegible]

1336. 10. Augusti. in Ecclesia S. Andreae Venzoni.

In consilio minori simul cum duodecim electis
per majus Consilium cum nobilibus viris Ho-
minis Brugalo Capitaneo, Nicolao de Sonnenberg
capite et rectore Werrae et Moynardo de
Aursch stantibus in terra Venzoni pro magni-
fica Domina D. Beatrice illustri Comitissa Goritiae
et Tyrolis; propositis defectibus victualium et
impotentia eorum super ducenda werrae quam

habebant cum J Bertrando Patriarcha Aquilejensi: et ipsis defectibus per supradictos Dominos et homines de Venzono diligenter examinatis dubitantes immonere periculum personarum earum et Terrae praedictae, et continue videntes homines ob dictos defectus Terram exire, consuluerunt pro meliori quod homines de Venzono pacisci deberant cum ipso D. Patriarcha et sibi jurare de obediendo et tanquam domino eorum elapsis XXI. diebus proxime futuris; si Domina eorum D. Beatrix illustris Comitissa Goritiae et Tyrolis interim eos victualibus et potentia ab hujusmodi discordia non liberavet; et si eos, ut dictum est, liberavet deberent in statu pristino remanere ideoque infra hujusmodi spatium temporis praefatus D. Patriarcha homines de Venzono praedictos in personis et rebus communiter et divisim offendere non deberet. A C.U.

1330 14 Augusti in pertinentiis Venzoni

Nobiles viri Domini Hector de Savorgnano, Pregonea de Spenimbergo, Duquinus de Castello, Rizardus de Walvasona Federicus de Murucia, Johannes de Cucanea, Ossalcus de Strassolda Henricus de Pramperga, Symon de S. Daniele et Philippucius de Venzono utriusque partis specialis Reverendi Patris D. Bertrando Aquilejensis Patriarchae ...uerunt cor...

corporaliter ad sancta Dei Evangelia

facere tractare, procurare et operari ita

[illegible] ratificabit ob-

servabit validificabit et confirmabit homi-

nibus de Venzono omnia pacta infrascripta,

et quod ipsi ea et cum praedicta D. Patriar-

cha firma et rata habebunt et tene-

bunt et contra quamcumque personam

defendent et manutenebunt. Quorum pac-

torum tenor talis est

1º Quod remittantur hominibus de Venzo-

no omnes injuriae, si quae factae sunt per

eos D. Patriarchae et [illegible]

[illegible] factae fuerint

2º Quod ipsi homines de Venzono et eo-

rum bona sint liberi et securi in Terra Ven-

zoni praedicta et ubicumque

3º Quod remaneant omnes fortilicie factae

in dicta Terra et faciendae quaecumque ipsi

homines voluerint.

4 Quod forum et mercatum publicum et

generale habeatur in dicta Terra semel quali-

bet septimana in die quam dicti homines de

Venzono eligere voluerint [illegible]

[illegible]

5 Quod [illegible] quae fiebant per modum

[illegible] in Glemona [illegible] et venditibus

[illegible]

6. Quod omnia jura et pacta quae habebant

ipsi de Venzone sub dominio eorum et D. Henrico Duce Karinthiae confirmentur per D. Patriarcham.

7. Quod omnes personae quae ob maleficia fugierunt in Terram praedictam, usque in diem festum decimum praesentis mensis Augusti salvae sint et securae

8. Quod mutae quas D. Patriarcha et Aquilejensis Ecclesia consueverunt exigere in Sclusa et in Dalmatia statim exigantur in Venzone et in perpetuum quamdiu praefati homines de Venzone et Terra ipsa erunt obedientes D. Patriarchae et Ecclesiae Aquilejensi.

9. Quod non compellantur praedicti de Venzone ascendere Glemonam cum suis mercationibus, sed vadant et veniant per quamcumque viam et portum per quam et quam ire maluerint

10. Si derobarentur praedicti de Venzone in aliquo loco extra dominium Patriarchae Aquilejensis, D. Patriarcha si non poterit aliter eis facere ablata restitui, dabit represalia contra gentes domini in quo damna sustinuerunt

11. Si in Forojulio spoliarentur, faciet eis ablata restitui a depraedatoribus.

12. Quod statuta Terrae ipsorum debeant per D. Patriarcham confirmari

13. Quod debeat eis unus Capitaneus de

castellanis Feudfulli vel de civibus
ecclesiae Aquilejensi immediate subjectis
vel de familiaribus dicti D. Patriarchae
dummodo tamen ille qui eligitur sit in
gratia D. Patriarchae quemcumque elege-
rint singulis annis infra terminum, et
ille ponatur ibi Capitaneus per D. Patriarcham
et quod elapso dicto termino possit D. Pa-
triarcha in loco ipso ponere Capitaneum
bonum et idoneum sicut facit in aliis suis
Terris

14 ut amor et concordia possit inter homi-
nes de Glemona et de Venzone permanere,
nemora et pascua quae sunt infra Glemonam
et Venzonum sint communia inter homines
de Glemona et de Venzone sicuti fuerunt
antiquitus et si de hoc orietur quaestio D.
Patriarcha debeat eos ad invicem concordare

15 et praedicta fiant de voluntate Ca-
pituli Aquilejensis et Colloqui generalis. et
de his omnibus et singulis D Patriarcha
dabit ipsis de Venzone bonas securita-
tes per quatordecim aut quindecim
domos de Nobilibus Forijulii quas ipsi
eligent, nec non per communitates
Aquilejae, Utini et Civitatis Austriae

Die et loco praedictis, in praesentia
D. Hectoris de Savorgnano nomine et vice D
Patriarchae jacobus martini camerarius et

sindicus una cum quadraginta quin-
que ex primoribus Venzoni juraverunt
corporaliter tacta littera ecclesiastica ad sancta
Dei Evangelia obedire Reverendo Patri D. Ber-
trando Aquilejensi Patriarchae tanquam Domi-
no eorum elapso praesente mense Augusti si
Domina Beatrix Illustrissima comitissa Goritiae et
Tirolis interim homines de Venzona victuali-
bus et potentia palam cum bandera elevata et
non clam ab discordia werrae quam habent
cum ipso D. Patriarcha non liberaverit Et si eos li-
beraverit deberent in statu pristino remanere;
ita quod infra hujusmodi spatium temporis
praefatus D. Patriarcha homines de Venzona in
personis et bonis communiter et divisim offen-
dere non debeat non tamen eis permitten-
do duci victualia. A.C.U.

1336. 19. Augusti. Venzoni.

In Consilio Arenghi de Venzona statutum fuit
quod homines D. Comitissae non debeant recepi
in Venzono nisi eos palam mitteret cum bande-
ra elevata et cum tantis victualibus et poten-
tia et possent ab obsessoribus liberari et hoc
debeat litteris Communis D. Comitissae decla-
rari. Praeterea si Terra Venzoni ad domini-
um Patriarchatus vel Comitatus pervenerit et
dominium Patriarchatus vel Comitatus aliquo
tempore ob praedicta punire vellet aliquem
ex illis Venzoni, quod omnes Communitates

sint ad defendendum illum. et si
quis contra praedicta faceret aut di-
ceret, incurrat poenam capitis. A.C.U.

1336. 27. Augusti prope Braulinum
constitutus flexis genibus in praesentia
D. Bertrandi Patriarchae nobiles viri Domi-
nus Scorius q.m D Hugonis de Duyno Capita-
neus Comitatus Goritiae in castro Brauli-
nae non D Voulricus q.m D. Dyetalmi de
Reyphemberch, Simon q.m D Henrici Bur-
gravii de Goritia, et Juidovicus de Ven-
chimberch se sponte et libere tradide-
runt carceratos ipsi D Patriarchae et in
ejus manibus juraverunt attendere et
inviolabiliter observare pacta infrascripta.

Primo quod D. Scorius et alii su-
prascripti esse debeant in captivitate
D Patriarchae, salvis personis eorum
et super securitatem debeant dimitti ad
terminum quatuor mensium et si inte-
rim non fieret concordia, tunc redire de-
beant ad ostagium et iterum debeant
habere terminum ad spatium duorum men-
sium. Si autem non fieret plena concor-
dia inter antedictum D Patriarcham
et Comitem Goritiae tunc iterum rever-
ti debeant ad ostagium et esse in
manibus D Patriarchae et iam da-
tum praesens castrum Braulinae de-
beant praesentare D. Patriarchae cum

omnibus massariis intra existentibus. Bartuarii sive Hengasti omnium eorum debent remanere in castro et solum pa_ lafredos sive runcinos et eorum arma debent extra ducere et non aliquas alias res. ipsi vero carcerati antedicti cum eo_ rum comitiva debent affidari in rebus et personis usque Goritiam vel in locum alium ipsis convenientem. Dominus de Duyno debet etiam reservare duos ham_ gistas de armis de gratia D. Patriarchae

Actum in exercitu D. Patriarchae in lo_ co ubi erat pertica machinae. A. W. U.

1336. 27. Augusti. Prope Braulinum

D Georius de Duyno Capitaneus Comitatus Goritiae per fidem suam nomine sacramenti promisit in manibus D. Pregnae de Spilimber_ go militis et Capitanei exercitus D. Patriarchae quod si pax et plena concordia non fiet in_ ter D Patriarcham et D^na Comitissam Goritiae hinc ad quatuor menses, personaliter redi_ bit ad carceres D. Patriarchae et remittet se in eius potentia et fortia, nec ab ipsis rece_ dat sine eius speciali licentia: et quod donec fuerit plena pax facta et ipse a capti_ vitate liberatus non erit nec veniet ipse et fratres eius et Hugerus eius consangui_ neus contra ipsum D. Patriarcham sub poena duarum millium marcharum, et insuper

si contrafecerit voluit semper et ubique vocari proditor: ita quod si quis propter hoc ipsum provocaverit ad bellum sive duellum debeat nudus cum illo qui provocaverit eum cujusvis conditionis et status existat ubicumque esset requisitus pugnare in campo

Hoc idem facere promiserunt sub poena trium millium marcharum nobiles viri Dominus Wolricus de Reyphimberch, Simon q.m Henrici Purgravii et Federicus de Vinchimberch carcerati D. Patriarchae

Actum in cervellu dicti D Patriarchae in loco ubi comedebat ipse D Patriarcha. &c

1336. 2. Septembris. Apud Pontemsorgiae

Benedictus XII. Pontifex hortatur Bertrandum Patriarcham ut, sacris juribus Ecclesiae Aquilejensis, societatem ineat cum Venetis et cum Florentinis ad obviandum conatibus quorundam tyrannorum qui terras et jura Romanae Ecclesiae detinebant indebite occupata in marchia Tarvisina et dictae Ecclesiae devotis nocumenta non levia mittebantur Raynaldi.

1336. 14. Septembris. Portunaonis

Questa son la chosse ch' uol a far lo polver da sclop

In prima tor sal nitre e tor sollfero e tor charbon de vanchar mestech che sia zouen e tutte questa chosse uol

esser ben secche, e lo venchar vol esser secho innanzi chel se fazza lo charbon, e queste chosse vol esser poste tutte per se, e metterle in sembre segont ch'è qui de sot scrit

Item toy do misure de Salnitre e una misura de salpre vivo e una misura de charbon, e messedar in sembre e pestarle e burattarle segont che se fa la farina per un burat C m A

1336 11. Septembris. Utini

Sedes Apostolica ut pia mater, olim providit quod in Cathedralibus et Collegiatis Ecclesiis quarum ad hoc sufficiunt facultates debeant Praelati ordinare quod vel ibi constituantur magistri qui clericos et pauperes seculares doceant, vel ad studium litterarum docibiles aliqui mittantur qui cum docti fuerint valeant et alios in divinis humanisque scientiis erudire. Cum igitur Civitas Austriae carnavalibus inter ceteras Terras Patriarchae subiectas praestantibus quidem ingeniis abundet; verumtamen viris litteratis indigeat Bertrandus Patriarcha ex Capitulo Civitatensi elegit quatuor Canonicos videlicet Johannem de la Turre, Maphaeum de Rawanis de Reggio, Hermagoram Ludovici de Toscano, et Paulum Conradi Boyani quos inter alios magis aptos credidit eisque per

Triennium studio destinavit. At cum proventus propositi et ecclesiastici pro expensis necessariis ad hoc onus suscipien_dum non sufficerent, de decima Tulmini sub de aliis redditibus ad dicti Capituli mensam spectantibus duodecim marchas denariorum usque ad dictum triennium cuilibet praedicto_rum pro competenti subsidio erogandas de_crevit A.C.C.

1336. 21. Septembris. in Civitate Austriae

Cergna praeco Communis Civitatis alta vo_ce proclamavit ex voluntate D. Patriarchae et communitatum Forijulii quod in antea debeat esse mercatum publicum in Terra Ven_zoni singulis diebus lunae liberum et fran_chum et quod homines et mercatores Fori_julii possint ire cum eorum bladis, vino, oleo, et caseo, et aliis mercationibus ut prout in aliis mercatis Terrarum Forijulii liberi et se_curi et hoc semel, bis et tertio ubi erat ho_minum multitudo copiosa A.N.C.

1336. 23. Septembris. Utini

Dedi et solvi Odorico familiari D. Thomasutti de Cucanea qui nobis significavit de victoria Domini nostri Patriarchae habita juxta Braulinum de mandato D. Gastaldionis et consilii marcham unam et mediam denariorum XXXIV. et parvulos X. A.C.U.

1336 1°. octobris. Utini

Bertrandus Patriarcha investivit Bertrannum de Albana de antiquo feudo militiae de Albo_

na secundum modum et ordinem, et cum illis honoribus, commodis et dignitatibus quibus cumulabantur alii qui dictum feudum habuerunt ab Ecclesia Aquilejense A.N.U.

1336. 1°. Octobris. Utini

Bertrandus Patriarcha vendit et tradit ad annum Gratiam vini quod conducitur per mare de Istria in Forojulium D. Azolino Viviani de Florentia pretio et tore ducentarum et octoginta marcharum denariorum. A N U.

1336. 2. Octobris n civitate Austriae

Philippus q.m D. Osalchi de Sacilletto tanquam procurator D. Hermagorae q.m D. Raymundini de la Turre commorantis Castelluti humiliter petiit a D Bertrando Patriarcha quatenus ipsum procuratorem de feudis quae q.m Raymundinus praedictus et ejus praedecessores habuerunt et nunc dictus Hermagoras habet ab Ecclesia Aquilejensi cui D. Patriarcha hoc facere recusans, respondit: quod principalis persona de consuetudine Forojulii debet personaliter, non per procuratorem petere investituram feudorum A N U

1336 2 Octobris Utini

Infrascripta sunt feuda quae Sergius de castro Polae asserit se habere ab Ecclesia Aquilejensi. Primo villam Sissani et Turtigani cum mero et mixto imperio atque actionibus et quibuscumque servitudinibus et cum omnibus suis pertinentiis de quibus medietas spectat

ad ipsum Sergium, et alia mediatas ad
ejus consanguineos. item medietatem Tur
ris Boragi cum omnibus suis pertinentiis, et
cum mero et mixto imperio A.N.U.

1336. 13. Octobris. in Civitate Austriae

Ex parte D. Bertrandi Patriarchae Guido De-
canus Civitatensis praecepit D. Fulchero de Sava-
tia et D. Johanni Paraldi ut deberent exigne-
rare et exigere ubicumque sint omnia para-
menta, calices, libros et alia quae accepta sunt
per eos in dicta Ecclesia usque ad dnm Do-
minicam venturam sub poena excommunica-
tionis et suspensionis a Divinis. A.N.U.

1336. 14. Octobris. in monasterio Sextensi.

D. Ludovicus Abbas Sextensis per suum scapu-
larium investit D. Odoricum de Cucanea ad feu-
dum rectum et legale de villis de Bando et
de Buvanias. qui D. Odoricus eidem D. Abbati
et ejus monasterio praestit fidelitatis debitae
juramentum quod vassallus Domino suo praestare
consuevit et debet A.N.U.

1336. 16. Octobris. Utini

Sarddus q.m D. Johannis Brutae et Autilupus
q.m D. Rantulfinum cives Justinopolitani petuna
per procuratorem investiri de feudis quae eo-
rum progenitores habuerant ab Ecclesia Aquile-
jensi. Annuit eorum supplicationibus Bertran-
dus Patriarcha atque nihilominus mandat ut
infra mensem dent in scriptis feuda praedicta A.N.U.

1336. 29 Octobris. In Civitate Austriae

In adminiculum expensarum et onerum quae passus est pro multis diversisque negotiis in Romana Curia expediendis, pro nuntiis Apostolicae Sedis per istas partes transeuntibus, ac etiam pro reparatione Ecclesiae Aquilejensis et castrorum et locorum, ejusdem, nec non pro defensione et conservatione Ecclesiae praedictae quam ejus aemuli invadere et depopulari nitebantur cum Bertrandus Patriarcha in Synodo nuper in Civitate Austriae celebrata ab universo clero tam intrinseco quam extrinseco subsidium octingentarum marcharum obtinuisset mittit singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Praepositis, Archidiaconis, Plebanis et aliis Ecclesiarum Rectoribus cedulam quandam ex qua secundum taxationem alias factam pars quae ad unumquemque eorum contingit distincte percipitur et mandat omnibus et singulis ut partem illis impositam hinc ad festum Epiphaniae proxime venturum in manibus D. Mellorantiae Canonici Utinensis Collectoris ejus vel ho deputati solvere et assignare procurent etc.

1336. 20 Octobris. In civitate Austriae

Cum Bertrandus Patriarcha infra missarum solemnia munus benedictionis impendisset venerabili viro fratri Johanni Abbati monasterii Sytticensis, exhibuit ille et promisit dicto D. Patriarchae subjectionem, obedientiam et reverentiam sic dicens et legens: Ego frater Johannes Abbas

in Sytich Ordinis Cisterciensis subjectio-
nem, reverentiam et obedientiam a sanctis
Patribus constitutam secundum regulam Sancti
Benedicti, tibi, Domine pater Episcope, tuisque
Successoribus canonice substitutis et sanctae Sedi
Aquilejensi, salvo Ordine meo, perpetuo me exhibi-
turum promitto. A N U

1336 20. Octobris. In Civitate Austriae

Bertrandus Patriarcha per se suisque Successores
suo nomine et Aquilejensis Ecclesiae investivit et
dedit D. Philippo de Portis militi recipienti pro se
suisque heredibus omnes et singulas habitantias
castri Mossae tam vacantes quam non vacan-
tes pro eo quod tenentes venerunt armata
manu contra ipsum D. Patriarcham et Ecclesiam
Aquilejensem, et propter magna servitia cum
persona sua facta sibi et Ecclesiae Aquilejensi
per ipsum D. Philippum, et quod in antea pro
dictis habitantiis teneatur sibi servire, quando
fuerit requisitus per ipsum D. Patriarcham et
Successores ejus duobus hominibus cum armis
et suis expensis. A N U

1336. 23. Octobris. Glemonae.

Bartholomaeus de Vallesella Canonicus Tridenti-
nus procurator et nuntius dicti Capituli et
ejus nomine refert D. Bertrando Patriarchae fuis-
se Henricum olim Episcopum Tridentinum
nuper obiisse et dictae Ecclesiae Capitulum illico
ad hoc legitime congregatum generaliter virum

D. Nicolaum de Bruna Decanum Olomucensem, et instanter petiit ut electionem antedictam dignaretur jure metropolitico confirmare. At Patriarcha volens mature in tanto negotio procedere commisit omnibus et singulis de dicto capitulo quatenus in Missarum solemniis admoneant Christi fideles ut si quis vellet aliquid objicere contra electionem praedictam aut personam electi infra spatium decem dierum ante ipsum compareat dicturus et objecturus quidquid de jure potuerit. A.C.U.

1336. 27. Octobris. Venzoni.

Biachinus de la Motta habitator Medunae investitur a D. Bertrando Patriarcha de habitantia Medunae et de omnibus feudis quae q.m Franciscus ejus pater habuerat ab Ecclesia Aquilejensi. A.N.U.

1336. 9 Novembris. Utini.

Bertrandus Patriarcha concedit hinc ad festum S. Georgii ad unum annum Nicolussio et Squarrae de la Fratina, nec non Nicolao de Parigalets et Petro Avanzi de Florentia familiari suo Gastaldiam Medunae cum garito et omnibus juribus pretio et foro centum marcharum denariorum. A.N.U.

1336. 19. Novembris in Civitate Austriae.

In majori et generali consilio Terrae Montisfalconis provisum, deliberatum et ordinatum fuit quod nullus vicarius aut consiliarius audeat aut praesumat tractare, proponere aut ordinare quod

de auro vel bonis communis praedic-
ti sub aliqua specie vel quavis quaesito-
colore largiatur, datur aut mutuatur alicui:
personae, excepto D Patriarcha Aquilejensi cui
commune et homines Terrae montisfalconis
servire et eum, honorare tenentur, et paupe-
ribus indigentibus et hospitali: et qui contrafe-
cerit solvat penalitate D. Patriarchae aut ejus ca-
merae summam illam quam in alium usum
convertendam esse proposuerit: et semper solvat
communi libras quinquaginta veroñensium parvorum,
et nihilominus cadat a fide sua; deleatur de libro
credentiae et tam de utilitate quam honore Commu-
nis et Terrae sit perpetuo privatus.

Bertrandus Patriarcha considerans et attendens
quod provisio hujusmodi facta fuit pro evidenti uti-
litate, commodo et augmento boni status communis et
Terrae montisfalconis illam per se suosque successores
confirmavit et approbavit, item adjecit et ordina-
vit ut quicumque Capitaneus, Consilium, et homines dic-
tae Terrae voluerint singulis annis eligere judices et
camerarios in Terra ipsa conveniantur in generale Con-
silium et ibidem nominentur quatuor idonei viri de Ter-
ra praedicta ad officium judicis, et alios quatuor ad
officium Camerarii, et illi duo ex dictis quatuor
ad camerariatum designatis qui per majorem partem
ejusdem consilii electi fuerint ad dictum officium
camerariae, sint camerarii communis A.C.U

1336. 24 Novembris. Utini.

In generali Colloquio Praelatorum, nobilium
et Communitatum Forijulii in sala inferiori castri
Patriarchalis Utini congregato postquam confirma-
ta et approbata fuissent pacta habita per D. Patriarc-
ham et Ecclesiam Aquilejensem ex una parte, et Commu-
ne et homines de Venzone ex alia, provisum, firma-
tum et ordinatum fuit quod nullus subditus Aqui-
lejensis Ecclesiae castra, munitiones seu fortilicia
sua in Forojulii constituta, seu loca ubi fieri
valeant [redacted] fortilicia, vendere, donare seu
modo aliquo tradere vel tradi facere in manibus
extraneorum non subditorum et non obedientium
Ecclesiae Aquilejensi. Et qui contra hoc fecerit, pri-
vatus sit perpetuo feudo et proprio; et quod sem-
per appelletur proditor, nec possit esse testis in
aliquo instrumento nec in aliquo legitimo actu
et nihilominus sit servus illius qui ceperit
eum. C.P.

1336. 25. Novembris. Utini.

Nobilis miles D. Jacobus de Cormono renunciavit
D. Patriarchae promisit per fidem suam reddere
ad carcere D. Patriarchae Utini hinc ad quinde-
cim dies proxime venturos tradere pro in ob-
sides Marchoardum ejus filium, et Janzilum
filium dicti Marchoardi, et voluit quod si fal-
leret et non veniret ad dictum terminum sem-
per et ubique proditor appellari, et ubicumque
inventus fuerit sine alia sententia D Patriarchae

aut ejus officialis, faciat de ipso quid-

quid voluerit. C.7.

1336. 25. Novembris Utini.

Bertrandus Patriarcha constituit Raynaldum de Ternon mercatorem Venetiis commorantem suum procuratorem ad petendum et exigendum a D. Francisco Dandulo Duce et Commune Venetiarum marchas centum et duodecim cum dimidia denariorum debitas sibi in mense ianuarii proxime venturi pro juribus et jurisdictionibus civitatis Polae et Terrarum Adignani, Regaliae et Vallis secundum pacta nuper inita inter ipsum D. Ducem et Commune Venetiarum et D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem. A.C.U.

1336. 26. Novembris, Utini.

Constituti in praesentia D. Patriarchae nobiles viri D. Articonus de Porcilis et D. Johannes Franciscus de Castello, steterunt et promiserunt sub obligatione omnium suorum bonorum dicto D. Patriarchae, quod si castrum Salicis postquam fuerit assignatum in manibus Clusandiae de Maniaco Vicecomitis Marchionatus Istriae castrum ipsum auferretur per D. Petrum de Petrapilosa, vel suos servitores, vel ad ejus petitionem, quod ipsum castrum restitui facient libere dicto D. Patriarchae. C 7

1336. 26. Novembris. Utini.

